
T PAS


LIBERTÉ ET PATRIE
DON FAIT À LA
Bibliothèque Cantonale
et Universitaire
par feu Mr le Professeur
RIVIER
Consul général à Bruxelles
1898



Alphonse Rivier

J'ai fait quelques remarques critiques sur ce livre dans la Revue historique de Paris, VIII (1862).
M. Bruns m'a donné raison dans sa seconde éd. 1871.

FONTES

IURIS ROMANI ANTIQUI


QUOS

IN USUM PRÆLECTIONUM

EDIDIT

GEORGIUS BRUNS

ANTECESSOR TUBINGENSIS.



TUBINGÆ MDCCCLX.

LIBRARIA LAUPPIANA.

— LAUPP & SIEBECK. —

— ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, — *τῶν ἔμπροσθεν νομοθετησάντων γνώμας ἐκ τοῦ πλήθους τῶν βιβλίων ἐπὶ ἔμμετρόν τε ἅμα καὶ εὐσύνοπτον συνηγάγομεν ἄθροισμα*, — ut vilissima pecunia facilis earum comparatio pateat tam ditioribus quam tenuioribus.

JUSTINIANUS.

TYPIS H. LAUPP.

Pars prima.

Leges.

Pars secunda.

Negotia.

Pars tertia.

Scriptores.

V. Scholiastae.

Scripturae compendia.

Berichte = Berichte über die Verhandlungen d. kön. sächsischen Gesellschaft d. Wissenschaften zu Leipzig. Philologisch-historische Classe.

Göttling = XV römische Urkunden auf Erz u. Stein nach d. Originalen neu verglichen u. herausgegeben v. Göttling. 1845.

Grom. = Gromatici veteres ex recens. Lachmanni, 1848. (Schriften d. röm. Feldmesser, herausg. v. Blume, Lachmann und Rudorff. B. I.)

Haubold = Antiquitatis romanae monumenta legalia, accom. Haubold, ed. Spangenberg. 1830.

Jahrb. = Kritische Jahrbücher f. deutsche Rechtswissenschaft, herausg. v. Richter.

Rud. = Römische Rechtsgeschichte von Rudorff. I. 1857. II. 1859.

Spangenb. = Juris romani tabulae negotiorum solennium, ed. Spangenberg. 1822.

Zeitschr. = Zeitschrift f. geschichtliche Rechtswissenschaft, herausg. von v. Savigny, Eichhorn u. Göschen.

Zell = Delectus inscriptionum romanarum cum monumentis legalibus, ed. Zell. 1850. (Handbuch d. römischen Epigraphik. Bd. I.)

Zell suppl. = Leges municipales Salpens. et Malacit. aliaque supplementa ad monum. legalia, ed. Zell. 1857.

Si quae super haec primis litteris notata sunt, quid significent litterae, in promtu est.

Pars prima.

Leges.

A. Leges si quae sunt regiae [1]).

I. Romulus.

1. *Τὰ ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου ὁρισθέντα ἔθη περὶ τὰς πατρωνίας τοιάδε ἦν· — εἰ δέ τις ἐξελεγχθείη τούτων τὶ διαπραττόμενος, ἔνοχος ἦν τῷ νόμῳ τῆς προδοσίας, ὃν ἐκύρωσεν ὁ Ῥωμύλος. τὸν δὲ ἁλόντα τῷ βουλομένῳ κτείνειν ὅσιον ἦν, ὡς θῦμα τοῦ καταχθονίου Διός. (Jus patronatus a Romulo constitutum tale erat: — quodsi quis in aliquo horum deliquisse convictus esset, proditionis lege, quam Romulus sanxerat, obnoxius fuit; cujus criminis convictum, utpote Diis inferis sacrum, interficere cuilibet licebat)* [2]).
2. Si nurus . . . sacra divis parentum estod. [3]).
3. *Ἦν νόμος (τοῦ Ῥωμύλου), γυναῖκα γαμετὴν κατὰ νόμους ἱεροὺς συνελθοῦσαν ἀνδρὶ κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτων καὶ ἱερῶν. (Lex erat [Romuli], mulierem nuptam, quae secundum jus sacrum in manum mariti convenisset, cum eo omnium et bonorum et sacrorum esse participem)* [4]).
4. *Ταῦτα ζημιοῦν ἐκέλευσεν ὁ Ῥωμύλος ὡς ἁμαρτημάτων γυναικείων ἔσχατα· ἐν οἷς ἦν φθορὰ σώματος καὶ εἴ τις οἶνον εὑρε-*

---

1) **Dirksen**, Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der Ueberbleibsel von den Gesetzen der römischen Könige; (Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Römischen Rechts. 1823. Abh. VI.) **Rud.** 1, 255.

2) **Dion.** 2, 10.

3) **Festus**, v. Plorare.

4) **Dion.** 2, 25.

ϑείη πιοῦσα γυνή. *(Haec puniri jussit R. ut muliebrium delictorum gravissima, adulterium et si qua mulier vinum bibisse convinceretur)* [5]).

5. Ἔϑηκε νόμους τινὰς (ὁ Ῥωμύλος), ὧν σφοδρὸς μέν ἐστιν ὁ γυναικὶ μὴ διδοὺς ἀπολείπειν ἄνδρα, γυναῖκα δὲ διδοὺς ἐκβαλεῖν ἐπὶ φαρμακείᾳ, καὶ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ, καὶ μοιχευϑεῖσαν. εἰδ' ἄλλως τις ἀποπέμψαιτο, τῆς οὐσίας αὐτοῦ τὸ μὲν τῆς γυναικὸς εἶναι, τὸ δὲ τῆς Δήμητρος ἱερὸν κελεύων· τὸν δ' ἀποδόμενον γυναῖκα ϑύεσϑαι χϑονίοις ϑεοῖς. *(Leges nonnullas tulit Rom., ex quibus illa dura est, quae mulieri a viro vetat divertere, at viro permittit illam propter veneficium ac liberorum vel clavium suppositionem, vel adulterium admissum repudiare. Sin alia de causa domo exegerit eam, partem bonorum viri attribuit mulieri, partem Cereri consecravit. Qui repudiasset uxorem, Deos inferos placaret)* [6]).

6. Ὁ Ῥωμύλος ἅπασαν ἔδωκεν ἐξουσίαν πατρὶ καϑ' υἱοῦ, καὶ παρὰ πάντα τὸν τοῦ βίου χρόνον, ἐάν τε εἴργειν, ἐάν τε μαστιγοῦν, ἐάν τε δέσμιον ἐπὶ τῶν κατ' ἀγρὸν ἔργων κατέχειν, ἐάν τε ἀποκτιννύναι προαιρῆται· — ἀλλὰ καὶ πωλεῖν ἐφῆκε τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, — καὶ μέχρι τῆς τρίτης πράσεως ἀφ' υἱοῦ χρηματίσασϑαι. *(Rom. omnem potestatem in filium patri concessit, idque toto vitae tempore, sive eum in carcerem conjicere, sive flagris caedere, sive vinctum ad rusticum opus detinere, sive occidere vellet; — quin etiam filium vendere patri permisit, — et usque ad tertiam venditionem ex filio quaestum facere)* [7]).

7. Εἰς ἀνάγκην κατέστησε (ὁ Ῥωμύλος) τοὺς οἰκήτορας αὐτῆς ἅπασαν ἄῤῥενα γενεὰν ἐκτρέφειν, καὶ ϑυγατέρων τὰς πρωτογόνους. ἀποκτιννύναι δὲ μηδὲν τῶν γενομένων νεώτερον τριετοῦς, πλὴν εἴ τι γένοιτο παιδίον ἀνάπηρον, ἢ τέρας εὐϑὺς ἀπὸ γονῆς. ταῦτα δ' οὐκ ἐκώλυσεν ἐκτιϑέναι τοὺς γειναμένους, ἐπιδείξαντας πρότερον πέντε ἀνδράσι τοῖς ἔγγιστα οἰκοῦσιν, ἐὰν κἀκείνοις συνδοκῇ. κατὰ δὲ τῶν μὴ πειϑομένων τῷ νόμῳ ζημίας ὥρισεν ἄλλας τε καὶ τῆς οὐσίας αὐτῶν τὴν ἡμίσειαν εἶναι δημοσίαν. *(Necessitatem colonis imposuit Rom. educandi omnem virilem prolem et e filiabus primogenitas! et vetuit, ne ullum foetum triennio minorem necarent, nisi infans aliquis mutilus aut prodigiosus statim in ipso partu editus fuisset. Neque enim vetuit istiusmodi monstrosos partus a parentibus exponi, dummodo eos prius ostenderent quinque vicinis proximis,*

---

5) Dion. 2, 25. Plin. hist. nat. 14, 13.
6) Plut. Rom. 22. Dion. 2, 25.
7) Dion. 2, 26. 27. Collat. 4, 8.

iique ipsi id comprobarent. In eos vero, qui contra leges istas fecissent, poenas statuit cum alias tum etiam hanc, qua dimidium bonorum, quae illi possiderent, aerario addixit) [8].

II. Numa Pompilius.

1. *Numa constituit, ut pisces, qui squamosi non essent, ne pollucerent* [9].
2. *Ex imputata vite libari vina diis nefas statuit Numa* [10].
3. Vino rogum ne respergito [11].
4. Cujus auspicio classe procincta opima spolia capiuntur, Jovi Feretrio bovem caedito; qui cepit, aeris CCC darier oportet: secunda spolia, in Martis aram in campo solitaurilia utra voluerit caedito; qui cepit, aeris CC darier oportet: tertia spolia, Janui Quirino agnum marem caedito; qui cepit, aeris C darier oportet [12].
5. *Τοῦτο πρὸ τοῦ Νουμᾶ διατέθειται, ὥστε τοὺς ἱερεῖς χαλκαῖς ψαλίσιν, ἀλλ' οὐ σιδηραῖς, ἀποκείρεσθαι. (Hoc sanxit Numa, ut sacerdotes aeneis cultris, non ferreis, tonderentur)* [13].
6. Si hominem fulmen Jovis occisit, ne supra genua tollitor. Homo si fulmine occisus est, ei justa nulla fieri oportet [14].
7. *Negat lex regia, mulierem, quae praegnans mortua sit, humari antequam partus ei excidatur; qui contrafecerit, spem animantis cum gravida peremisse videtur* [15].
8. Pellex aram Junonis ne tangito; si tangit, Junoni crinibus demissis agnum feminam caedito [16].
9. *Ὁ Νουμᾶς ἔταξεν, παῖδα μὴ πενθεῖν νεώτερον τριετοῦς, μηδὲ πρεσβύτερον πλείονας μῆνας ὧν ἐβίωσεν ἐνιαυτῶν, μέχρι τῶν δέκα, καὶ περαιτέρω μηδεμίαν ἡλικίαν· ἐφ' ὅσον χρόνον καὶ χηρεύουσιν αἱ τῶν ἀποθανόντων γυναῖκες. ἡ δὲ πρότερον γαμηθεῖσα βοῦν ἐγκύμονα κατέθυσεν ἐκείνου νομοθετήσαντος. (Numa constituit, ut puerum trimulo minorem ne quis lugeat, majorem*

8) Dion, 2, 15.
9) Plin. hist. nat. 32, 2. § 10. Fest. v. Pollucere.
10) Plin. hist. nat. 14, 12. Plut. Numa. 14.
11) Plin. hist. nat. 14, 12. Cic. de republ. 2, 14.
12) Fest. v. Opima. Plut. Marcell. 8.
13) Lydus, de mensibus. 1, 9.
14) Fest. v. Occisum. Plin. hist. nat. 2, 54.
15) L. 2. D. 11, 8.
16) Fest. v. Pellices. Gell. 4, 3.

ne plures menses, quam ille annos vixit, usque ad decem; nec quemquam ullius aetatis ultra. per quod spatium viduis quoque a secundis nuptiis abstinendum est, et si qua prius nupsisset, bovem foetam immolare debet ex illius lege) [17].

10. Ἐν τοῖς τοῦ Νουμᾶ νόμοις οὕτω γέγραπται· ἐὰν πατὴρ συγχωρήσῃ γυναῖκα ἀγαγέσθαι, κοινωνὸν ἐσομένην ἱερῶν τε καὶ χρημάτων κατὰ τοὺς νόμους, μηκέτι τὴν ἐξουσίαν εἶναι τῷ πατρὶ πωλεῖν τὸν υἱόν. *(In legibus Numae scriptum est, si pater permiserit filio uxorem ducere, quae ex legibus particeps sit et sacrorum et bonorum, patri posthac nullum jus esse vendendi filium)* [18].

11. *Numa statuit, eum, qui terminum exarasset, et ipsum et boves sacros esse* [19].

12. Si quis hominem liberum dolo sciens morti duit, parricida esto [20]. *In Numae legibus cautum est, ut si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi agnatis ejus in concione offerret arietem* [21].

13. . . . si quis aliuta (aliter) faxit, ipse Jovi sacer esto [22].

III. Tullus Hostilius.

1. Ἔστι νόμος δι᾽ ἐκεῖνο κυρωθεὶς τὸ πάθος, (ᾧ καὶ εἰς ἐμὲ χρῶνται,) τιμὴν ἀθάνατον τοῖς ἀνδράσι ἐκείνοις (τοῖς Ὁρατίοις) περιτιθείς, κελεύων, οἷς ἂν γίνωνται τρίδυμοι παῖδες, ἐκ τοῦ δημοσίου τὰς τροφὰς τῶν παίδων χορηγεῖσθαι μέχρις ἥβης. *(Lex est lata propter illum casum, (qua usque ad hunc diem utuntur,) in honorem immortalem juvenum illorum [Horatiorum], jubens, si cui trigemini filii nascerentur, de publico alimenta ad pubertatem usque illis suppeditari)* [23].

IV. Servius Tullius.

1. Si parentem puer verberit, ast ille plorassit, puer divis parentum sacer esto [24].
2. Ὁ Τύλλιος τοὺς νόμους, τούς τε συναλλακτικοὺς καὶ τοὺς περὶ

---

17) Plut. Numa. 12.
18) Dion. 2, 27. Plut. Numa. 17.
19) Fest. v. Termino. Dion. 2, 74.
20) Fest. v. Parrici.
21) Servius ad Virg. Eclog. 4, 43. Georg. 3, 387. Fest. v. Subici. v. Subigere. Cic. Top. 17. Cf. XII. Tab. VIII. 24b.
22) Fest. v. Aliuta.
23) Dion. 3, 22a.
24) Fest. v. Plorare.

τῶν ἀδικημάτων, ἐπεκύρωσε ταῖς φράτραις. ἦσαν δὲ πεντήκοντά που μάλιστα τὸν ἀριθμόν, ὧν οὐδὲν δέομαι μεμνῆσθαι κατὰ τὸ παρόν. *(Tullius leges de contractibus et delictis ad curias tulit; erant autem numero omnino quinquaginta, quarum mentionem facere jam non est opus)* [25]).

V. Tarquinius Superbus.

1. Ὁ Ταρκύνιος τοὺς νόμους τοὺς ὑπὸ Τυλλίου γραφέντας περὶ τὰ συμβόλαια πάντας ἀνεῖλε, καὶ οὐδὲ τὰς σανίδας, ἐν αἷς ἦσαν γεγραμμένοι, κατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ ταύτας ἀναιρεθῆναι κελεύσας ἐκ τῆς ἀγορᾶς διέφθειρεν. *(Tarquinius leges a Tullio contractibus latas super omnes sustulit, et ne tabulas quidem, in quibus erant scriptae, reliquit, sed has quoque ex foro summoveri jussas delevit)* [26]).

B. Leges XII Tabularum [1]).

Tabula I.

1. Si in jus vocat, *ito*; ni *it*, antestamino; igitur em capito [2]).
2. Si calvitur pedemve struit, manum endojacito [3]).
3. Si morbus aevitasve vitium escit, qui in jus vocabit, jumentum dato, si nolet arceram ne sternito [4]).
4. Assiduo vindex assiduus esto, proletario cui quis volet vindex esto [5]).
5. Nexi *mancipiique jus* Forti Sanati*que supra infraque Romam id esto quod populo Romano* [6]).

---

25) Dion. 4, 13. 9. i. f.

26) Dion. 4, 43.

1) Dirksen, Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung der Zwölf-Tafel-Fragmente. 1824. Rud. 1, 258.

2) Porphyrio ad Hor. Sat. 1, 9. v. 65. Cic. de leg. 2, 4. § 9. ad Herenn. 2, 13. Gell. 20, 1. Nonius, v. Calvitur. Fest. v. Igitur. v. Em. Zeitschr. 2, 432. Rud. 2, 209.

3) Fest. v. Struere v. Pedem. L. 233. pr. D. 50, 16. Nonius, v. Calvitur.

4) Gell. 20, 1. Varro, de L. L. 5, 140. Nonius, v. Arcera.

5) Gell. 16, 10. Cic. top. 2. Nonius, v. Proletarii. L. 234. § 1. D. 50. 17. L. 22. § 1. D. 2, 4.

6) Fest. v. Sanates. v. Horctum. v. Forctes. Gell. 16, 10. O. Müller, in notis ad Fest. Huschke, d. Recht des Nexum. p. 248.

6. Rem ubi pagunt orato [7].
7. Ni pagunt, in comitio aut in foro ante meridiem causam conjicito, quom perorant ambo praesentes [8].
8. Post meridiem praesenti stlitem addicito [9]. J: ambo praesentes
9. Sol occasus suprema tempestas esto [10].
10. Vades . . . subvades [11].

Tabula II.

1. *Lege XII. tab. cautum est, de rebus M aeris plurisve D assibus, de minoris vero L assibus sacramento contendi; sed si de libertate hominis controversia erat etsi pretiosissimus homo esset, tamen ut L assibus sacramento contenderetur, eadem lege cautum est* [12].
2. Morbus sonticus . . . status dies cum hoste . . . quid horum fuit unum judici arbitrove reove, dies diffisus esto [13].
3. Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum obvagulatum ito [14].
4. *Et de furto pacisci lex (XII. tab.) permittit* [15].

Tabula III.

1. Aeris confessi rebusque jure judicatis triginta dies justi sunto [16].
2. Post deinde manus injectio esto, in jus ducito [17].
3. Ni judicatum facit, aut quis endo em jure vindicit, secum ducito; vincito aut nervo aut compedibus quindecim pondo, ne majore, aut si volet minore vincito [18].

---

7) Cic. ad Herenn. 2, 13. Priscian. art. gramm. 10, 5. § 32.

8) Cic. ad Herenn. 2, 13. Gell. 17, 2. Plin. hist. nat. 7, 60. Censorin. de die natali. 23. Quinctil. inst. orator. 1, 6.

9) Gell. 17, 2.

10) Gell. 17, 2. Fest. v. Suppremum. Varro, de L. L. 6, 3; 7, 51. Macrob. Saturnal. 1, 3. Censorin. de die nat. 24. Plin. hist. nat. 7, 60.

11) Gell. 16, 10. Gaj. 4, 184.

12) Gaj. 4, 14.

13) Gell. 20, 1. 16, 4. Cic. de offic. 1, 12. Fest. v. Reus. v. Status. v. Sonticum. L. 2. § 3. D. 2, 11. Plautus, Curc. 1, 1. v. 4.

14) Fest. v. Portum. v. Vagulatio.

15) L. 7. § 14 D. 2, 14.

16) Gell. 20, 1. 15, 13. Gaj. 3, 78. 79; L. 4. § 5 L. 7. D. 42, 1.

17) Gell. 20, 1. Gaj. 4, 21.

18) Gell. 20, 1. Gaj. 4, 21.

4. Si volet suo vivito, ni suo vivit, qui em vinctum habebit, libras farris endo dies dato, si volet plus dato [19].

5. *Erat autem jus interea paciscendi; ac nisi pacti forent, habebantur in vinculis dies sexaginta: inter eos dies trinis nundinis continuis ad Praetorem in comitium producebantur, quantaeque pecuniae judicati essent praedicabatur* [20].

6a. *Tertiis autem nundinis capite poenas dabant, aut trans Tiberim peregre venum ibant* [21].

6b. Tertiis nundinis partes secanto; si plus minusve secuerunt, se fraude esto [22].

7. Adversus hostem aeterna auctoritas [23].

Tabula IV.

1. . . . *cito necatus tanquam ex XII tabulis insignis ad deformitatem puer* [24].

2. *Τὸν νόμον (τοῦ Ῥωμύλου περὶ τὴν τοῦ πατρὸς καθ' υἱὸν ἐξουσίαν) οἱ δέκα ἄνδρες ἀνέγραψεν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν δώδεκα δέλτων, ἃς ἀνέθεσαν ἐν ἀγορᾷ. (Legem Romuli de patria potestate decemviri receperunt in XII tabularum quartam, quas in foro posuere)* [25].

3. Si pater filium ter venum duit, filius a patre liber esto [26].

4. *Decemviri in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo, scripserunt* [27].

Tabula V.

1. *Virgines Vestales liberas a tutela esse, lege XII tab. cautum est* [28].

---

19) Gell. 20, 1. L. 234. § 2. D. 50, 16.

20) Gell. 20, 1.

21) Gell. 20, 1.

22) Gell. 20, 1. Quinctil. inst. orat. 3, 6. § 51. Tertullianus, Apolog. 4.

23) Cic. de off. 1, 12. L. 234. pr. D. 50, 16. Puchta, civil. Abhandl. I.

24) Cic. de leg. 3, 8. § 19. Cf. Leg. reg. I. 7.

25) Dion. 2, 27. Cf. Leg. reg. I. 6. Gell. 5, 19. § 9. Cic. pro domo. 29.

26) Ulp. 10, 1. Gaj. 1, 132; 4, 79. cf. Leg. reg. I. 6. i. f.

27) Gell. 3, 16. § 12. L. 3. § 9. 11. D. 38, 16.

28) Gaj. 1, 144. 145.

2. *Mulieris, quae in agnatorum tutela erat, res mancipi usu capi non poterant, praeterquam si ab ipsa tutore auctore traditae essent, et ita lege XII tab. cautum erat* [29].
3. Uti legassit super pecunia tutelave suae rei, ita jus esto [30].
4. Si intestato moritur, cui suus heres nec sit, adgnatus proximus familiam habeto [31].
5. Si adgnatus nec escit, gentilis familiam nancitor [32].
6. *Quibus testamento tutor datus non sit, iis ex lege XII tab. agnati sunt tutores* [33].

7ª. Si furiosus est, adgnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto [34].

7ᵇ. . . . ast ei custos nec escit . . . [35].

7ᶜ. *Lege XII tab. prodigo interdicitur bonorum suorum administratio. — Lex XII tab. prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione jubet esse agnatorum* [36].

8. *Civis liberti hereditatem lex XII tab. patrono defert, si intestato sine suo herede libertus decesserit. — Quum de patrono et liberto loquitur lex, inquit:* ex ea familia in eam familiam [37].
9. *Ea, quae in nominibus sunt, ipso jure in portiones hereditarias ex lege XII tab. divisa sunt. — Aes alienum hereditarium ex lege XII tab. pro portionibus ipso jure divisum est* [38].

---

29) Gaj. 2, 47.

30) Ulp. 11, 14; 1, 9; 19, 17. Gaj. 2, 224. Cic. de invent. 2, 50. ad Herenn. 1, 13. Pr. J. 2, 22. L. 53. pr. 80. 120. 130. D. 50, 16. L. 1. pr. L. 20. § 1. D. 26, 4.

31) Ulp. 26, 1. Collat. 16, 4. L. 162. pr. 145. § 1. 220. pr. D. 50. 16. L. 9. § 2. D. 28, 2. Caj. 3, 9—12.

32) Collat. 16, 4. § 2. Gaj. 3, 17. Cic. de invent. 2, 50.

33) Gaj. 1, 155. 157. Pr. § 2. J. 1, 15. Ulp. 11, 3. L. 1. pr. 5. pr. D. 26, 4.

34) Cic. de invent. 2, 50. Tusc. disp. 3, 5. Ulp. 12, 2. L. 53. pr. D. 50, 16. § 3. J. 1, 23. L. 3. pr. D. 26, 1.

35) Fest. v. Nec.

36) L. 1. pr. L. 13. D. 27, 10. Ulp. 12, 2. § 3. J. 1, 23.

37) Ulp. 29, 1. L. 195. § 1. D. 50 16. Gaj. 3, 40. Theoph. ad § un. J. 1, 17.

38) L. 9. C. 3, 36. L. 26. C. 2, 3. L. 1. C. 8, 32. L. 7. C. 4, 16. L. 25. § 9. 13. D. 10. 2.

10. *Actio familiae herciscundae e lege XII tab. proficiscitur* [39]).

Tabula VI.

1a. Cum nexum faciet mancipiumque, uti lingua nuncupassit, ita jus esto [40a]).

1b. — *et in jure cessionem lex XII tab. confirmat* [40b]).

2. *Ex XII tab. satis erat, ea praestari, quae erant lingua nuncupata; quae qui infitiatus erat, dupli poenam subibat* [41]).

3. *Usus auctoritas fundi biennium est, caeterarum rerum annus* [42]).

4. *Lege XII tab. cautum erat, si qua nollet usu in manum mariti convenire, ut quotannis trinoctio abesset* [43]).

5. Si qui in jure manum conserunt . . . [44]).

6. *Appius Claudius ex vetere jure in XII tab. transtulerat, vindicias dandas esse secundum libertatem* [45]).

7. Tignum junctum aedibus vineaeque et concapet *(si concapit? e concape?)* ne solvito [46]).

8. *Lex XII tab. in eum, qui convictus est junxisse (tignum), in duplum dat actionem* [47]).

9. *(Vinea)* quandoque sarpta, donec dempta erunt *(tigna vindicare non licet)* [48]).

Tabula VII.

1. *Ambitus parietis sit sestertius pes* [49]).

2. *In actione finium regundorum illud observandum est, quod (in XII tab.) ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum*

39) L. 1. pr. D. 10, 2. Fest. v. Erctum. Serv. ad Virg. Aen. 8, 642.

40a) Fest. v. Nuncupata. Cic. de orat. I, 57. pro Caec. 23.

40b) Vat. fragm. § 50.

41) Cic. de off. 3, 16.

42) Cic. top. 4. pro Caec. 19. Gaj. 2, 42. 54.

43) Gaj. 1, 111. Gell. 3, 2.

44) Gell. 20, 10. § 7—9.

45) L. 2. § 24. D. 1, 2. Liv. 3. 44. Dion. 11, 30.

46) Fest. v. Tignum. L. 1. pr. D. 47, 3. O. Müller in not. ad Fest. Huschke, ad l. XII. T. de tigno juncto. 1837. Puchta, kl. civ. Schriften. p. 392.

47) L. 1. pr. D. 47, 3. L. 23. § 6. D. 6, 1. L. 6. D. 10, 4. L. 63. D. 24, 1.

48) Fest. v. Sarpiuntur. v. Sarpta. Cf. n. 46.

49) Fest. v. Ambitus. Varro, de L. L. 5, 22. Maecianus, de assis distrib. 46.

est, quam Athenis Solonem dicunt tulisse; nam illic ita est: Ἐάν τις αἱμάσιαν *rel.* [50].

3. ... hortus ... heredium ... tugurium [51].

4. *Usucapionem finium XII tabulae intra quinque pedes esse noluerunt* [52].

5. Si jurgant *de finibus, tres arbitri fines regant* [53].

6. *Viae latitudo ex lege XII tab. in porrectum VIII pedes habet, in anfractum XVI* [54].

7. Amsegetes vias muniunto; eo ni sani lapides sunt, qua volet jumenta agito [55].

8a. Si aqua pluvia nocet, *jubetur ab arbitro coerceri* [56a].

8b. *Si per publicum locum rivus aquae ductus privato nocebit, erit actio privato ex lege XII tab., ut noxae domino caveatur* [56b].

9. *Lex XII tab. efficere voluit, ut XV pedes altius rami arboris circumcidantur (arbores sublucentur?)* [57].

10. *Cautum est lege XII tab., ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere* [58].

11. *Cavetur lege XII tab., venditas res et traditas non aliter emtori acquiri, quam si is venditori pretium solverit vel alio modo satisfecerit* [59].

12. *Statu liberum ab herede abalienatum emtori dando pecuniam ad libertatem pervenire lex XII tab. jubet* [60].

Tabula VIII.

1. *Capite (fustuario supplicio) sanciendam hanc rem putaverunt*

---

50) L. 13. D. 10, 1.

51) Plin. hist. nat. 19, 4. Fest. v. Tuguria. v. Hortus v. Heredium.

52) Cic. de leg. 1, 21. L. 5. C. Th. 2, 26.

53) Cic. de leg. 1, 21. Nonius, v. Jurgium. Puchta, Instit. § 234. Die Schriften der römischen Feldmesser (1852) 2, 433.

54) L. 8. D. 8, 2. Varro de L. L. 7, 15. Puchta, civil. Abh. p. 83.

55) Fest. v. Amsegetes. v. Viae. Cic. pro Caec. 19. Zeitschr. 14, 144.

56a) L. 21. D. 40, 7. Cic. top. 9.

56b) L. 5. D. 43, 8.

57) L. 1. § 8. L. 2. D. 43, 27. Fest. v. Sublucare. Paul. sent. rec. 5, 6. § 13.

58) Plin. hist. nat. 16, 5. L. 30. § 4. L. 236. § 1. D. 50, 16.

59) § 41. J. 2. 1.

60) Ulp. 2, 4. L. 25. 29. § 1. D. 40, 7. Fest. v. Statuliber.

XII tab.: si quis occentasset, sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri [61]).

2. Si membrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto [62]).
3. *Ex lege XII tab. propter os fractum aut collisum CCC assium poena erat, si libero os fractum erat, at si servo, CL* [63]).
4. Si injuriam faxit alteri, viginti quinque aeris poenae sunto [64]).
5. Rupitias . . . sarcito [65]).
6. *Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, lex XII tab. voluit, aut dari id quod nocuit, aut aestimationem noxiae offerri* [66]).
7. *Ex lege XII tab. de pastu pecoris, quod in tuo pascitur, agi potest* [67]).
8. Qui fruges excantasset . . . neve alienam segetem pellexeris [68]).
9. *Frugem aratro quaesitam furtim noctu pavisse ac secuisse puberi ex XII tab. capitale erat, suspensum Cereri necari jubebant, impubem Praetoris arbitratu verberari, noxiamque duplione decerni* [69]).
10. *Qui aedes acervumve frumenti juxta domum positum combusserit, vinctus verberatus igni necari (XII tab.) jubetur, si sciens id commiserit; si casu, aut noxiam sarcire jubetur, aut levius castigatur* [70]).
11. *Cautum est XII tab., ut qui injuria cecidisset (succidisset) arbores alienas, lueret in singulas aeris XXV* [71]).

---

61) Cic. de republ. 4, 10. § 33. tusc. disp. 4, 2. Porphyr. ad Hor. sat. 2, 1. v. 81. ad epist. 2, 1. v. 152. Cornutus, ad Pers. sat. 1, 137. Fest. v. Occentassint. Paul. 5, 4. § 6.

62) Fest. v. Talionis. Gell. 20, 1. Gaj. 3, 223. Prisc. art. gramm. 6, 13. § 69.

63) Gaj. 3, 223. Collat. 2, 5. § 5.

64) Gell. 20, 1. § 12. Gaj. 3, 223. Collat. 2, 5. § 5. Fest. v. Viginti quinque.

65) Fest. v. Rupitias v. Sarcito.

66) L. 1. pr. D. 9, 1. Pr. J. 4, 9. Theoph. ad h. l.

67) L. 14. § 3. D. 19, 5.

68) Plin. hist. nat. 28, 2. § 4. Seneca, natur. quaest. 4, 7. Servius, ad Virg. Eclog. 8, 99. Augustinus, de civ. dei. 8, 19.

69) Plin. hist. nat. 18, 3. § 12.

70) L. 9. D. 47, 9. Paul. 5, 3. § 6.

71) Plin. hist. nat. 17, 1. Gaj. 4, 11. L. 1. 11. D. 47, 7. L. 28. § 6. D. 12, 2.

12. Si nox furtum factum sit, si em occisit, jure caesus esto [72].
13. *Furem luce occidi vetant XII tab., nisi* se telo defendit ... endoque plorato [73].
14. *Ex caeteris manifestis furibus liberos verberari addicique jusserunt Decemviri ei, cui factum furtum esset; servos verberibus affici et e saxo praecipitari; pueros Praetoris arbitratu verberari, noxamque sarciri* [74].
15ª. *Concepti et oblati furti poena ex lege XII tab. tripli est* [75].
15ᵇ. *Furti prohibiti nomine lex XII tab. nullam poenam constituit, sed hoc solum praecipit, ut qui quaerere velit nudus quaerat* cum lance et licio; *qui si quid invenerit, jubet id lex furtum manifestum esse* [76].
16. Si adorat furto, quod nec manifestum escit, *duplione damnum decidito* [77].
17. *Furtivam rem lex XII tab. usucapi prohibet* [78].
18. *XII tabulis sanctum est, ne quis unciario foenore amplius exerceret; foeneratorem quadrupli damnari* [79].
19. *Ex causa depositi lege XII tab. in duplum actio datur* [80].
20ª. *Suspecti crimen e lege XII tab. descendit* [81].
20ᵇ. *Si tutores rem pupilli furati sunt, ex lege XII tab. in duplum tenentur* [82].
21. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto [83].
22. Qui se sierit testarier, libripensve fuerit, ni testimonium fariatur, improbus intestabilisque esto [84].

72) Macrob. saturn. 1, 4. Gell. 8, 1; 11, 18. § 7. Collat. 7, 3. § 2. Cic. pro Milone. 3. L. 4. § 1. D. 9, 2.

73) Cic. pro Tullio. 47—52. Fest. v. Sub vos. Gell. 11, 18. § 7. 8. L. 4. § 1. D. 9, 2. L. 54. § 2. D. 47, 2. Collat. 7, 3. § 2.

74) Gell. 11, 18. § 8. Gaj. 3, 189.

75) Gaj. 3, 191.

76) Gaj. 3, 192. Gell. 11, 18. § 9; 16, 10. § 8.

77) Fest. v. Nec. v. Adorare. Gaj. 3, 190. Gell. 11, 18. § 15. Huschke, Gajus. p. 121.

78) Gaj. 2, 45. 49. § 2. 3. J. 2, 6.

79) Tacit. annal. 6, 16. Cato, de R. R. prf. 1.

80) Paul. 2, 12. § 11. Zeitschr. 14, 461.

81) L. 1. § 2. D. 26. 10. Pr. J. 1, 26.

82) L. 55. § 1. D. 26, 7. Cic. de off. 3, 15.

83) Servius ad Virg. Aen. 6, 609. Cf. Leg. reg. I. 1.

84) Gell. 15, 13. § 11; 7, (al. 6) 7. § 2; § 6. J. 2, 10. L. 26. D. 28, 1.

23. *Ex XII tab. qui falsum testimonium dixisse convictus erat, e saxo Tarpejo dejiciebatur* [85].

24ª. *Homicidii poena mitior quam frugum noctu sectarum* [86].

24ᵇ. Si telum manu fugit magis quam jecit, *aries subjicitur pro occiso* [87].

25ª. Qui malum carmen incantassit . . . [88].

25ᵇ. . . . malum venenum . . . [89].

26. *XII tab. cautum est, ne quis in urbe coetus nocturnos agitaret* [90].

27. *Sodalibus potestatem facit lex XII tab., pactionem quam velint sibi ferre, dum ne quid ex lege publica corrumpant* [91].

Tabula IX.

1. *Vetant XII tab. leges privis hominibus irrogari* [92].
2. *De capite civis rogari nisi maximo comitiatu vetant XII tab.* [93].
3. *In legibus XII tab. scriptum est, judicem arbitrumve jure datum, qui ob rem judicandam pecuniam accepisse convictus sit, capite puniri* [94].

4ª. *Quaestores, qui capitalibus rebus praeessent, appellabantur quaestores parricidii, quorum etiam meminit lex XII tab.* [95].

4ᵇ. *Ab omni judicio poenaque prouocari licere, indicant XII tab. compluribus legibus* [96].

5. *Lex XII tab. jubet eum, qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit, capite puniri* [97].

---

85) Gell. 20, 1. § 53. Cic. de off. 3, 31.

86) Plin. hist. nat. 18, 3. § 12. Cf. tab. VIII. 9.

87) Cic. pro Tullio. 51. top. 17. de oratore. 3, 39. Fest. v. Subici. v. Subigere. Cf. Leg. reg. II. 12. Keller, semestr. ad Cic. 3, 689. n. 210.

88) Plin. hist. nat. 28, 2. Hor. sat. 2, 1. v. 81—83. Cf. tab. VIII. 1.

89) L. 236. D. 50, 16. Fest. v. Probrum i. f.

90) Latro, declam. in Catil. 19.

91) L. 4. D. 47, 22.

92) Cic. pro domo. 17. pro Sextio. 30. de leg. 3, 19. Fest. v. Probrum. Salvianus, de gubern. dei. 5. i. f.

93) Cic. de leg. 3, 19. pro Sextio. 30 de republ. 2, 36.

94) Gell. 20, 1. § 7. Cic. in Verrem 1, 13; 2, 2. c. 32.

95) L. 2. § 23. D. 1, 2. Fest. v. Parici. v. Quaestores.

96) Cic. de republ. 2, 31. 36.

97) L. 3. pr. D. 48, 4.

Tabula X.

1. Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urito [98].
2. Hoc plus ne facito . . . rogum ascia ne polito [99].
3. *Extenuato sumtu, tribus riciniis, et vinculis purpurae et decem tibicinibus, tollit lex XII tab. etiam lamentationem* [100].
4. Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento. — Mulier faciem ne carpito [101].
5. Homini mortuo ne ossa legito, quo post funus faciat. — *Excipit bellicam peregrinamque mortem* [102].
6. *Legibus XII tab. servilis unctura tollitur omnisque circumpotatio, (murrata potio,) sumtuosa respersio, longae coronae, acerrae* [103].
7. Qui coronam parit ipse pecuniave ejus, virtutis ergo duitor ei [104].
8. *Ne uni plura fierent funera lectique plures sternerentur, lege XII tab. sanctum est* [105].
9. . . . neve aurum addito. — Quoi auro dentes vincti escunt, ast em cum illo sepelire urereve se fraude esto [106].
10. *Rogum bustumve novum vetat lex XII tab. propius XL pedes adjici aedes alienas invito domino* [107].
11. *Forum bustumve usucapi vetat lex XII tab.* [108].

Tabula XI.

1. *Decemviri duabus tabulis iniquarum legum additis, connubia ne plebei cum patribus essent, lege sanxerunt* [109].

---

98) Cic. de leg. 2, 23. § 58.

99) Cic. de leg. 2, 23. § 59.

100) Cic. de leg. 2, 23. § 59; 25. § 64. Fest. v. Recinium. Nonius, v. Ricinium.

101) Cic. de leg. 2, 23. § 59; 25. § 64. tusc. disp. 2, 22. Fest. v. Radere. Plin. hist. nat. 11, 37. Servius ad Virg. Aen. 12, 606.

102) Cic. de leg. 2, 24.

103) Cic. de leg. 2, 24. Festus. v. Murrata. v. Murratum.

104) Plin. hist. nat. 21, 3. Cic. de leg. 2, 24.

105) Cic. de leg. 2, 24.

106) Cic. de leg. 2, 24.

107) Cic. de leg. 2, 24. L. 3. D. 11, 8.

108) Cic. de leg. 2, 24. § 61. Fest. v. Forum. v. Bustum.

109) Cic. de republ. 2, 37. Liv. 4, 4. Dion. 10, 60.

2. *Tuditanus refert, decemviros, qui decem tabulis duas addiderunt, de intercalando populum rogasse; Cassius eosdem scribit auctores* [110].
3. ... detestatum ... [111].

Tabula XII.

1. *Lege XII tab. introducta est pignoris capio* (... nancitor ...) *adversus eum, qui hostiam emisset nec pretium redderet; item adversus eum, qui mercedem non redderet pro jumento, quod locasset ut pecuniam in dapem impenderet* [112].
2. Si servus furtum faxit, noxiamve nocuit, *lex (XII tab.) jubet noxae dedere servum* [113].
3. Si vindiciam falsam tulit, *stlitis et vindiciarum praetor* arbitros tres dato, eorum arbitrio *reus* fructus duplione damnum decidito [114].
4. *Rem, de qua controversia est, prohibemur (lege XII tab.) in sacrum dedicare, alioquin dupli poenam patimur* [115].
5. *In XII tab. lex est, quodcunque postremum populus jussisset, id jus ratumque esset* [116].

---

110) Macrob. saturnal. 1, 13. § 21. Cic. ad Attic. 6, 1. § 8. Mommsen, römische Chronologie. p. 31. Rud. 2, 56. not. 1.

111) L. 238. § 1. D. 50, 16. Fest. v. Obtestatio. Gell. 15, 27. § 3.

112) Gaj. 4, 28. Fest. v. Nancitor. L. 238. § 2. D. 50, 16.

113) L. 2. § 1. D. 9, 4. Fest. v. Noxia. L. 238. § 3. D. 50, 16. Gaj. 4, 76. L. 5. D. 47, 6. L. 56. D. 44, 7.

114) Fest. v. Vindiciae. O. Müller, in notis ad Fest. Keller, röm. Civilproc. p. 28. not. 108. Rud. 2, 27. not. 16.

115) L. 3. D. 44, 6.

116) Liv. 7, 17; 9, 33. 34.

C. Leges inferioris aetatis.

I. Lex agraria, quae Thoria vulgo dicitur [1].

. . . . *tribunus plebis jure rogavit, plebesque jure scivit. Tribus* . . *princi*pium fuit. Pro tribu Q. Fabius, *Quinti filius*, primus scivit [2].

Pars prima. Italia [3].

Cap. I.

Qui ager publicus populi romani in terram Italiam P. Mucio, L. Calpur*nio consulibus fuit, extra eum agrum locum, qui ager locus ex lege plebisve scito, quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit, exceptum cavitumque est ne divideretur . . . . de eo agro loco, quem vetus possessor prove vetere possessore sibi* agrum locum sumpsit reliquitve, quod non modus maior sit, quam quantum unum hominem ex lege plebisve scito sibi sumere *relinquereve oporteat;*

qui ager publicus etc. (*ut supra — divideretur*) . . . *quod* cuique de eo agro loco ex lege plebisve scito IIIvir sortito civi romano dedit adsignavit, quod non in eo agro loco est, quod ulti [4] . . . .

qui ager publicus etc. (*ut supra*), *qui in eo agro loco veteri possessori prove vetere possessore ager locus redditus est;*

qui ager publicus etc. (*ut supra*) . . . . *quod eius agri loci*
5. *publici* || *in urbem Romam est* . . . . *quodve* agri loci publici in terra Italia, quod eius extra urbem Romam est, quod eius in urbe oppido vico est, quod eius triumvir dedit adsignavit, quod *non in eo agro loco est, quem vetus possessor prove vetere possessore sibi sumpsit reliquitve ita uti supra scriptum est;* . . . . .

---

1) E tabulae aereae VII fragmentis, quorum IV Neapoli II Vindobonae asservantur septimum deperiit. Rudorff, d. Ackergesetz des Spurius Thorius. 1839. (Zeitschr. 10, 1.) Huschke, Jahrb. 10, 579. (1841.) Mommsen, Berichte. 2, 89. (1850.) Göttling, 30. Haubold, 13. Zell, 204. Rud. 1, 41. 211.

2) Typis antiquis genuina ipsius tabulae verba ac literae expressa sunt, *typis cursivis in hac ut in caeteris quae sequuntur legibus editorum emendationes et restitutiones nec non notarum explicationes indicantur.*

3) Divisio in partes et capita a Rudorffio est addita. Numeri in margine lineas tabulae indicant.

4) Mommsen, p. 96. n. 9.


qui ager publicus *etc. (ut supra)*, quod cuique de eo agro loco agri loci aedificii, *quo in agro loco oppidum coloniamve ex lege plebisve scito constituit deduxitve collocavitque, civi romano nominisve latini sociorumve,* quibus *ex formula togatorum milites in terra Italia imperare solent, . . .* in terra Italia triumvir dedit adsignavit reliquit, inve formas tabulasve retulit referrive iussit:

Ager locus omnis qui supra scriptus *est, extra eum agrum locum qui ager locus ex lege plebisve scito quod C. Sempronius Tiberii filius tribunus plebis rogavit excep*tum cautum*ve est ne divideretur, . . . privatus esto . . . eiusque loci agri aedificii privati possess*io ita, ut ceterorum locorum agrorum aedificiorum privatorum est, esto; censorque quicumque erit facito, ut is ager locus aedificium, qui *ex hac lege privatus factus est, in censum referatur ita, uti cetera loca agros aedificia referri oportet*; *utque ex eo agro loco aedi*ficio eum, cujus *eum agrum locum aedificium,* qui ex *hac lege privatus factus est, ex lege plebisve scito exve hac lege esse oportet oportebitve, tributum conferre iubeat ita, uti ex ceteris locis agris aedificiis privatis conferre ius* est; neve quis facito, quo, cuius eum agrum locum aedificium possessionem ex lege plebive scito esse oportet oportebitve, eum agrum *locum aedificium possessionem is minus utatur fruatur habeat possideatque . . . .* neve quis de ea re ad *senatum referto, neve in senatu sententiam dicito neve ferto, quo minus is ager locus aedificium, qui ex || hac lege privatus factus est, privatus sit; neve quis de* 10.
ea re ad senatum referto neve sententiam dicito neve ferto, quo quis eorum, cuius eum agrum locum aedificium possessionem ex lege plebisve scito esse oportet *oportebitve, qui ager locus aedificium ex lege plebisve scito datus est, eum agrum locum aedificium possessionem minus utatur fruatur habeat possidea*tquae quove possessio invito m*ortuove eo auferatur.*

Cap. II.

Quem agrum locum aedificium de eo agro loco aedificio, qui P. Mucio L. Calpurnio consulibus publicus populi romani in terra Italia fuit, Xviri, qui ex lege Livia facti sunt, viariis vicanis, qui in terra Italia sunt, dederunt assignaverunt reliquerunt: nequis facito, quominus ii utantur fruantur habeant possi*deantque, quove invito mortuove quo eorum possessio auferatur, quum ipse possessor heresve eius eum agrum locum aedificiu*m non abaliena-

2



verit, extra eum *agrum locum, qui ager locus ex lege plebisve scito quod C. Sempronius trib. pl. rogavit exceptum cautumque ne divideretur* .... *extra*que eum agrum locum, quem ex hac lege venire dari reddive oportebit.

Qui ager locus aedificium ei, quem in viariis vicanisve ex Senatus consulto esse oportet oportebitve, *datus assignatus relictusve erit: is ager locus aedificium privatus ne esto, neve quis ad senatum referto, quo magis is ag*er locus aedificium privatus sit, quove magis *censor, quicunque erit, eum agrum locum in censum referat ita, uti cetera loca agros aedificia privata referri oportet* [1]).

Quem agrum locum ex hac lege venire dari reddive oportebit, quo minus is ita uti est sit, ex hac lege nihil rogatur.

Cap. III.

Qui ager locus publicus populi romani in terra Italia P. Mucio L. Calpurnio consulibus fuit, extra eum agrum, qui ager ex lege plebisve *scito quod C. Sempronius trib. pl. rogavit exceptum cautumque est ne divideretur*, extraque eum agrum, quem vetus possessor ex lege plebisv*e scito sibi agrum locum sumpsit reliquitve, quod non modus maior sit, quam quantum unum hominem sibi sumere relinquereve oporteat, quum quis civis romanus agri colendi cau*sa in eum agrum agri iugera non amplius XXX possidebit habebitve: is ager privatus esto.

Cap. IV.

Qui in agrum compascuum pecudes maiores non plus X pascet, quae*que eis minus annum natae erunt postquam natae erunt, quive pecudes minores non plus* L pascet, quaeque ex eis minus annum natae erunt postquam *natae erunt: is pro eo numero pe-*
15. *cudum, quae in eo agro pascentur, populo aut publicano* || *pecuniam scripturam vectigalve dare ne debeto, neve eius pecuniae nomine satis* dato neve solvito.

Cap. V.

Qui ager publicus populi romani in terra Italia P. Mucio L. Calpurnio consulibus fuit, eius agri IIIvir agris dandis assignandis ex lege plebisve scito sortito cui civi roma*no agrum locum dedit assignavit, quod eius agri loci neque ipse possessor abali*enavit abalienaritve, neque heres eius abalienavit abalienar*itve: de eo agro*

---

1) Verba „*censor* — *oportet*“ Huschke p. 590 addit ex cap. I.

*consul praetorve, quo de ea re ante idus Martias, quae post hanc legem rogatam primae erunt, in ius aditum erit, ita ius dicito de*cernitoque, ut possessionem secundum eum heredemve eius det, cui sorti is ager datus assignatusve fuerit, quod eius agri non abalienatum erit ita uti supra scriptum est.

Cap. VI.

Cui civi romano eius agri, qui supra scriptus est, IIIvir agris dandis assignandis veteri possessori prove vetere possessore possessionem dedit assignavit reddidit, cuique eius agri IIIvir *agris dandis assignandis possessionem reliquit . . . . cuique ab eo heredeve eius is ager locus testamento hereditate deditione obvenit obvenerit*, quive ab eorum quo emit: qui eorum de ea re ante idus Martias primas in ius adierit ad eum, quem ex hac lege de eo agro ius dicere oportebit, is de ea re ita ius dicito de*cernitoque, ut eius agri loci possessionem secundum eum heredemve eius det*, cui is ager veteri prove vetere possessore datus assignatusve fuerit, quive *ab eorum quo emit emerit quod eius agri non abalienatum est, ita uti supra scriptum est.*

Cap. VII.

Si quis eorum, quibus ita uti supra scriptum est ager in terra Italia datus assignatus redditus est, ex possessione vi eiectus est, quod eius is qui eiectus est possederit, quod neque vi neque clam neque precario possederit ab eo qui eum ea possessione vi eiec*erit: tum praetor consulve, quem ex hac lege de eo agro ius dicere oportebit, ante idus Mar*tias quae post hanc legem rogatam primae erunt facito, ut is, qui ita vi eiectus *erit, eam possessionem unde vi eiectus fuerit, quaeque tunc ibi habuit, recuperet.*

Cap. VIII.

Qui ager locus publicus populi romani quodve aedificium ex lege plebisve scito exve hac lege privatum factum est, pro eo agro loco aedificio proque scriptura pecoris, quod in eo agro pascitur, postquam vectigalia constiterint quae post hanc *legem rogatam primum constiterint: ne quis magistratus prove magistratu facito, quo quis populo romano aut* publicano pecuniam scripturam vectigalve det dareve debeat, neve quis *de ea re ad senatum referto, neve in senatu sententiam dicito neve ferto, neve* || *quis iudex* 20.
sententiam dicito, quo quis ob eam rem populo rom. aut publicano quid debeat, quove quid ob eam rem populo aut publicano detur

2 *

exigaturve, neve quis quid, postquam vectigalia consistent quae post hanc legem rogatam primum constiterint, ob eos agr*os pecuniae vectigalis scripturaeve nomine pro eo pecore, quod in eis a*gris pascetur, populo aut publicano dare debeat.

Cap. IX.

Qui ager locus publicus popu*li romani in terra Italia P. Mucio L. Calpurnio consulibus fuit, quem agrum in eo agro locumve de eo agro L. Caecilius Cn. Domitius censores* ante diem XI. Kalendas Octobris una cum agro, qui trans Curionem [1]) est, locaverunt, qui in eo agro loco civis romanus sociorumve nominisve latini, quibus ex formula togatorum *milites in terra Italia imperare solent, agrum lo*cum publicum populi romani de sua possessione vetus possessor prove vetere possesso*re dedit, quo in agro loco oppidum coloniave ex lege plebisve scito constitueretur deduceretur collocaretur, quo in agro loco IIIvir coloniae deducendae creatus* id oppidum coloniamve ex lege plebisve scito constituit deducitve collocavitque; quem agrum locumve pro eo agro locumve de eo agro loco, qui publicus populi roman*i in terram Italiam P. Mucio L. Calpurnio consulibus fuit, extra eum a*grum locum, qui ager locus ex lege plebisve scito quod C. Sempronius trib. pl. rogavit excep*tum cautumve est ne divideretur, IIIvir ei civi romano sociorumve nominisve latini agrum locum aedificium dedit reddidit assignavit,* cuive ab eo heredeve eius is ager locus testamento hereditati deditionive obvenit obveneritve, quive emit emeritve, quive ab emptore eius emit emeritve: is ager privatus esto.

Que*m agrum locum aedificium IIIvir de eo agro loco aedificio pro eo agro loco, qu*o coloniam deduxit ita uti supra scriptum est, agrum locum aedificium dedit reddidit assignavit, qui *praetor consulve de eo agro loco aedificio ex hac lege ius dicet, quo de ea re in ius aditum erit: is de ea re ita ius dicito decernitoque, ut possessionem secundum eum* heredemve eius det, cui triumvir eum agrum locum pro eo agro loco, quo coloniam deduxit, dedit reddidit assignavitve, facitoque is praetor consulve, quo de ea re in ius aditum er*it, ut id recte fiat, ita uti ei e re publica fideve sua videbitur.*

---

1) De hoc v. Huschke, p. 592.

Cap. X.

*Ager locus omnis qui sup*ra scriptus est, quod eius agri loci post hanc legem rogatam publicum populi romani erit, extra eum ag*rum locum, qui ager locus ex lege plebisve scito post hac venierit datur redditusve erit, extraque eum agrum* || *locum, quo cui lege plebisve scito licebit uti f*ruive [1]: is ager compascuus esto, neve quis in eo agro occupatum habeto neve defendito, quo minus qui velit compascere liceat. Si quis faxit, quotiens faxit, in agri iugera singula . . . . . *HS populo romano aut publicano poenae nomine dare* debeto ei, quicumque id publicum fruendum redemtum conductumve habebit.

Boves, equo*s, mulos, asinos pecudesve minores in eo agro loco, qui post hanc legem rogatam publicus populi romani erit, pascere impellere usque ad eum numerum pecudum, qui* numerus pecudum in hac lege scriptus est, liceto, neve quid cui ob eam rem vectigal neve s*cripturam dare de*beto.

Cap. XI.

Quot quisque pecudes in calles viasve publicas itineris causa indu*xerit impulerit pastasve habebit: pro eo pecore, quod in calli*bus viisve publicis pastum impulsum itineris causa erit, nequid populo neve publicano *pecuniae vectigalis scripturaeve nomine ex hac lege dare debeto.*

Cap. XII.

*Quem quis agrum locum, ita uti in hac lege scriptum est, ex publico in privatum com*mutavit, quo pro agro loco ex privato in publicum tantum modum agri loci commutav*it: is ager locus* omnis privatus ita, uti qui optima lege privatus est, esto.

Qui ager ex priva*to in publicum commutatus est, quive ager ex* publico in privatum commutatus est: de eo agro siremps lex esto, quam si is ager P. Mucio L. *Calpurnio consulibus publicus populi romani privatusve, ita uti qui optima lege privatus est, fuisset. Qui ager ita ex publico in privatum commutatus erit, quanti agri patriti nunc qui fruendum conduxerunt publicum L. Caecilio Cn. Dom*itio cens*oribus* redemtum habent, censoribus, quicunque posthac facti erunt, ii faci*unto, qui posthac publica con-*

---

1) Mommsen, p. 100.

ducere volent tantidem pro patrito redemtum habeant *pro praede* subsignent [1]).

Cap. XIII.

Duumvirorum qu*i ex hac lege facti creative erunt, ii, quae viae publicae* per terram Italiam P. Mucio L. Calpurnio consulibus fuerint, eas faciunto pateant vacuaeque sint, *neve quis in eis inmissum inmolitumve quid habeat, quo minus iis viis publicis populus recte utatur.*

Cap. XIV.

Quod cuique ex hac lege, ita uti supra scriptum est, in *agris, qui in Ital*ia sunt, qui P. Mucio L. Calpurnio consulibus publici pop*uli romani fuerunt, civi* romano facere licebit: idem latino peregrinoque, quibus M. Livio L. Calpurnio *consulibus agrum publicum populi romani possidere ex lege plebis*ve scito exve foedere licuit, sine fraude sua facere liceto.

Cap. XV.

Quod ex hac lege ita uti supra scriptum est in agris qu*i in terra Italia sunt, qui eorum P. Mucio L. Calpurnio consulibus*
30. *publici* || *populi romani fuerunt, facere licuit, quod eius quis facere prohibuerit, quodve* quis, quo*d eum ex hac lege fac*ere oportuerit, non fecerit, quodque quis eorum, *quae in hac lege scripta sunt, magistratus* [2]) prove magistratu, quo de ea re in ius aditum erit, quod ex hac lege petetur, item iudicium iudic*em recuperatoresve ei et in eum non dederit, quum ei* [3]) et in eum iudicium, iudicem, recuperatoresve ex hac lege dare oporteret: si quis de ea re iudiciu*m iudicem recuperatoresve sibi dari postulabit* [4]), *praetor consulve, quo de ea re in ius aditum fuerit, dare debeto.*

Cap. XVI.

Qui civi romano sociorumve publice deve senatus sententia ager fruendus datus [5]) fuerit, sive quis pro municipiis co*loniisve civium romanorum* nominisve latini publice deve senatus sententia

---

1) Ita Mommsen, 95. Aliter: Rudorff, 158; Huschke, 594.

2) Huschke p. 595: *eo nomine ex h. l. petet: proconsul propraetor —*

3) Huschke: *recuperatores dato, atque consul praetorve ei —*

4) Huschke: postular*et* — caeteris omissis.

5) Huschke p. 596: *Qui ager publicus populi romani intra lapidem urbis Romae est, quod eius civi romano sociorumve nominisve latini publice deve senatus sententia fruendum datum.*

ager fruendus datus *fuerit, qui eorum eum agrum habebunt possidebunt*, *qui*ve pro colonia municipiove prove municipiis fruentur, qui in trientabuli*s pro tertia parte eius pecuniae, quae M. Valerio M. Claudio consulibus populo credita fuit*, *ager datus est*, *quibusve ab eis heredibusve eorum is ager locus testamento hereditate deditione ob*venit obvenerit, quibus ante *hanc legem rogatam eum agrum redemtum con*ductum habere frui possidere defendere licuit, extra eum agrum locu*m*, *quem agrum locum ex hac lege venire dari reddi*ve oportebit, ita uti quicquid cuique ante hanc legem rogatam licuit, ita ei habere *frui possidere defendere post hano legem rogatam liceto*. . . . . . .

Cap. XVII.

Qui ager locus publicus *populi romani in ter*ra Italia P. Mucio L. Calpurnio consulibus fuit, quod eius agri loci ex lege plebisve scito IIIvir sortito civi romano dedit assignavit, siquid de eo agro loco ambigetur: consulis praetoris, quicumque erit, de ea re iuris*dictio iudicii iudicis recuperatorumve datio addictio ita*, *uti ei e re publica fideve sua videbitur, hac lege esto; neve de eo agro loco*, *quem agrum locum IIIvir sortito civi romano dedit assignavit, quis magistratus prove magistratu ius dicito neve decer*nito neve iudicium *neve iudices neve* recuperatores dato nisi consul praetorve. . . .

Quod vadimonium eius rei *causa* [1]) *promissum erit*, *id quo minus consul praetorve non temere eius r*ei causa decernant, eius hac lege nihil rogatur.

Quod iudicium iudex recuperator*esve eius rei causa* [2]) *datum erit*, *quo minus ei tribunus plebis ex hac lege intercedat*, *eius hac lege nihil rogatur.*

Qui ager locus post hanc legem rogatam publicus populi 35.
romani in terra Italia erit, *siquid de eo agro loco ambigetur:* consulis praetoris censoris quicu*mque erit de ea re i*uris dictio iudicii iudicis recuperatorumve datio ita, uti ei e re publica fideve *sua videbitur, hac lege esto; neve quis magistratus prove magistratu de e*o agro loco ius dicito neve decernito neve iudicium *neve iudicem neve recuperatores dato*, *nisi consul praetor cen-*

1) Huschke p. 597 addit: *non eo, quo ex hac lege oportet.*

2) Huschke p. 597 addit: *non ab eo, a quo ex hac lege oportet.*

sorve. Quod vadimonium eo, quo ex hac lege promittere oportet, promissum non esse videbitur, quodve iudicium ita, uti in hac lege scriptum est, datum non esse videbitur: quo *minus ei tribunus plebis ex hac* lege intercedat, ejus hac lege nihil rogatur.

Cui publicano ex hac lege pecunia debebitur: *de ea re ne quis magistratus ius dicito neve iudicium dato, neve quis sponsionem* facito, quo quis pro agro minus aliterve scripturam *vectigal decumas ei publicano det dareve debeat, atque uti ex hac lege scripturam vectigal decumas dari oportet. Si publicani de ea re recuperatores sibi dari postulabunt, quod plus aliterve eam pecuniam sibi deberi* darive oportere di*cant, tum* consul praetor prove praetore, quo in ius adierint, in diebus X proximis qu*ibus de ea re in ius aditum erit, ex* civibus L, qui classis primae sint, XI dato, inde alternos du . ., *quique ita dati erunt, ii de ea pecunia iudicanto. Quodque eius is unde petetur condemnatus erit, consul praetor prove praetore facito, ut primo quoque die ab eo deve bonis eius exigatur.* Quae res soluta *non sit inve iudicio* non sit iudicatave non sit, quod eius praevaricationis *causa solutum non sit inve iudicio non sit iudicatum*ve factum non sit, si maior pars eorum recuperatorum, *quos consul praetor prove praetore ita uti supra scriptum est recuperatores dederit, eum, unde ea pecunia petetur, eam pecuniam vectigal scripturam decumas ei publicano debere dareve oportere comperit: tum* sententia *sua id proferto, quod* rei iudicandae maxime verum esse compererit, facitoque *is consul praetor prove praetore, quo de ea re in ius aditum* erit, sedulo m*ora* n*ulla,* ut is qui iudicatus erit, dare oporteat . . . . [1].

Cap. XVIII.

Quam in legem plebisve scitum, quae a*grum publicum populi romani ha*bere possidere fruive vetet, quasve in leges plebisve scita de ea re, *quod ex hac lege agrum publicum populi romani possidere licet, iurare oportet, quo quis aliter habebit* possidebit fruetur, quam ex hac lege licebit, eum agrum, quem *ex hac lege habere possidere fruive licet, ... : in eas leges plebisve scita sine fraude sua ne iurato, neve magistratum q*uem minus petere capere gerere habereque liceto, neve q*uid ob eam rem, quod in eas leges non iuraverit, dare damnas esto; et* siquae lex plebisve scitum est,

1) Aliter totum hunc locum restituendum censet Huschke p. 598.

quae magistratum, quem ex hac lege *petere capere gerere habereque* licet, petere capere gerere *vetet*, *eum magistratum ne minus petere capere gerere habereque liceto. Quodque consulem praetorem censorem prove practore ex hac lege facere decernere oportet oportebitve*, *id ei* sine fraude sua facere liceto inque eas leges plebisve scita de ea re, quod ex *hac lege consulem praetorem censorem prove praetore facere* decernere oportebit, sine fraude sua ne iurato, neve *quid ob eam rem*, *quod ex hac lege fecerit decreverit*, *dare damnas esto* .. || ..

Pars secunda: Africa.

Cap. XIX.

Qui ager locus in Africa est, *qui publicus populi romani factus est*, *quod eius ex hac lege privatum fieri oportet oportebitve, extra eum agrum locum, quem agrum locum ex lege Rubria, quae fuit, IIIvir, qui ex lege Rubria fac*tus est, dedit assignavitve, quemve agrum de eo agro loc*o qui ager locus in Africa publicus populi romani factus est*, *ex* plebis scito, quod M. Baebius trib. pleb. IIIvir coloniae deducendae *rogavit*, *IIIvir dedit assignavitve, quo pro agro loco ager locus civi romano ex h. l. de eo agro loco*, *qui non veniit*, *datus redditus commutatus non erit*, *quod eius agri loci IIvir*, *qui ex h. l. factus creatusve erit*, *ex l. Rubria quae fuit, exve plebis scito, quod M. Baebius trib. pleb. IIIvir col. ded. rogavit*, *colono eive qui in coloni numero scriptus est, da*tum assignatum esse fuisseve iudicaverit uti in h. l. scriptum est, qui *locus in formam publ. ex h. l. relatus est,* extra eum agrum locum, qui ager locus in ea centuria *subsecivove est* .. || .. *extraque* eum agrum locum, quem ex h. l. colono, eive qui in coloni numero *scriptus est, reddere oportet oportebitve: eum agrum IIvir vendito* [1]).

Cap. XX.

Quem agrum ex hac l. venire oportet oportebitve, quod eius agri loci cuique emptum est, *extra eum agrum locum*, *quem ex hac lege sestertium nummo uno venire oportet oportebitve: is*, *cui ager locus in eo agro loco emtus est*, *pecuniam populo dare debeto*, *proque ea pecunia praedes dato praediaque arbitrio praetoris qui inter cives ius dicet satis subsignato*, manceps praedes praediaque soluti sunto, eaque nomina manci*pum praedum prae-*

1) Ex restitutione Huschkii p. 604.

diorum is quaestor, qui aerarium provinciam obtinebit, in tabulis *publicis ita scripta habeto, ut quantum pecuniae quemque, cui is ager locus emtus est, populo dare oporteat, quique praedes pro eo facti sint, quaeve praedia pro eo obligata sint, descriptum assignatumve sit* [1]).

Cap. XXI.

Quem agrum locum ex hac lege sestertium nummo uno venire oportebit, quicunque eum agrum locum a magistratu romano emit: is pro eo agro loco pecuniam neve *praedes neve praedia dare debeto, neve quis praes ab eo datus ob eam* rem, quod praes factus est, populo obligatus esto .... *quive ob eu*m agrum locum manceps praesve factus est, quodque praedium ob *eam rem populo obligatum est.* ....

Cap. XXII.

Qui ager locus in Africa est, qui Romae publice *veniit venieritve, quod eius agri loci cuique emptum est .... factus erit,* sestertium nummo uno emptus esto, isque ager locus privatus vectigalisque ita *uti in hac lege scriptum est, esto.*

Cap. XXIII.

Qui ager, locus ... tus erit, quod eius agri loci extra terram
50. Italiam est, .. || .. *quod eius agri alicui civi romano sociorumve nominisve latini, quibus ex formula* togatorum milites in terra Italia imperare solent, eis pu*blice deve senatus sententia datum est* .... ve agrum locum quicumque habebit possidebit *fruetur*, ... *quive* rei procurandae causa erit in eum agrum locum, in ....

Cap. XXIV.

Qui ager locus in Africa est quod eius agri *loci Romae publice non veniit* .... curato qui ager .... *habeat* possideat fruaturque item uti si is ager locus publice *veniisset*. ....

Cap. XXV.

Duumvir, qui ex hac lege factus creatusve erit, facito .... in biduo proximo quo *factus creatusve erit .... in diebus XXV* proximis, quibus id edictum erit, ita .... profitebitur, cognitum *habeto quantum colono eive, qui in coloni numero scriptus est, dat*um adsignatum sit; idque quum *cognitum habuerit*, ... mum emtum sit ab eo cuius hominis *eius agri privati venditio fuit*

1) Ex restitutione Huschkii p. 604.

. . . . . . ique ipse n . . . . . *quae messis vindemiaque P. Cornelio* L.
Calpurnio consulibus facta sit, quod eius postea . . || . . praefectus 55.
milesve in provinciam erit. . . . .

Cap. XXVI.

*Qui ager locus in Africa colono, eive qui in coloni nu*mero scriptus est, datus assignatusve est, quodque eius *ab eo, cuius eius agri loci hominis privati venditio fuit, emptum est, si pupilli pupillaeve vel viduae vel furiosi furiosaeve erit: IIvir, qui ex h. l. factus creatusve erit, in biduo proximo edicito, ut pro eo eave tutor* vel curator eius profiteatur, item uti *eum eamve, si pupillus pupilla vidua furiosus furiosave non esset, edicto IIviri ex h. l. profiteri oporteret; IIvir, qui ex h. l. factus creatusve erit, in biduo proximo* edicito, ut is, qui a bonorum emptore magistro curatore *emerit, profiteatur, item uti eum cuius bona vendita sunt, si bona eius vendita non essent, edicto IIviri ex h. l. profiteri oporteret. Quem edicto IIviri ex h. l. profiteri oportuit,* quod edicto IIviri professus ex h. l. *non erit, eius IIvir rationem ne habeto, neve id in formas publicas, in quas ager locus, quem edicto IIviri profiteri ex h. l. oportet, refertur, facito uti referatur, eumque agrum l*ocum neve emptum neve adsignatum esse neve fuisse iudicato [1].

Cap. XXVII.

Qui ager locus in Africa colono, eive qui in coloni numero scriptus est, datus assignatusve est, quod eius is, quem ex h. l. profiteri oportet, professus erit, si id publice venditum est: tum IIviro pro eo agro solo (loco) ei civi romano tantundem mo*dum agri loci, quantum agri loci, quod eius is edicto IIviri ex h. l. professus erit, publice venditum esse comperietur, de eo agro loco, qui ager locus in Africa est, qui ager locus publicus populi romani factus est,* qui ager publice non veniit, dare reddere commutareve liceto [2].

Cap. XXVIII.

Duumvir, qui *ex hac lege factus creatusve erit* . . . . *in* eis agris ita rationem inito, itaque . . . . et neve unius hominis nomine, qui ex lege Rubria, quae fuit, colono, eive qui *in coloni numero*

1) Ex restitutione Huschkii p. 608.
2) Ex restitutione Huschkii p. 609.

scriptus est, agrum, || *qui in Africa est, qui publicus populi romani factus est, dare oportuit licuitve amplius iugera CC data assigna*ta fuisse iudjcato; neve unius hominis *nomine, qui ex plebiscito quod M. Baebius trib. pleb. IIIvir coloniae deducendae rogavit, agrum qui in Africa est dare oportuit licuitve, cuive ex hac lege colono, eive, qui in coloni nu*mero scriptus est, agrum qui in Africa est dare oportebit licebitve, amplius iugera CC in *eo agro data assignatave fuisse iudicato; neve maiorem numerum in Africa hominum in coloniam coloniasve deductum esse fuis*seve iudicato, quam quantum numerum *ex lege Rubria, quae fuit, exve plebiscito, quod M. Baebius trib. pleb. IIIvir coloniae deducendae rogavit, a IIIviris coloniae dedu*cendae in Africa hominum in coloniam coloniasve deduci oportuit licuitve.

Cap. XXIX.

Duumvir, qui *ex hac lege factus creatusve erit* .... agri re rom .... atus ab .... *quod eius* agri ex hac lege adiudicari licebit, quod ita comperietur, id ei heredive eius assignato esse iudicato.

Cap. XXX.

Qui ager locus .... oque eius agri loci ante mei ... *emptum* est ab eo, cuius eius agri loci hominis privati venditio fuit, tum quum is eum agrum locum emit, qui *ager locusque ita venditus abalienatusve erit .... si eum agrum locum, quem ita emit emer*it, planum faciet feceritve emptum esse .. *Quem agrum locum neque ipse abalienaverit*, neque heres eius, neque cui is heres erit abalienaverit, quod eius agri loci ita planum factum erit, IIvir ita *esse iudicato* .. || .. *cuique is ager emptus erit, de eo agro loco* reddito, quod is emptum habuerit, quod eius publice non veniit, et si is ager locus, qui ei emptus fuerit, publice veniet, tantumdem modum agri loci de eo agro loco, qui ager locusque *in Africa est, quod eius agri loci publice non veniit, ei qui eum agrum locum ita emptum habuerit, reddito .... Quique ager locus ita redditus erit, is ager locus ei cuius ex hac lege f*actus erit sestertium nummo uno emptus esto, isque ager locus privatus vectigalisque ita, uti in hac lege scriptum est, esto.

Cap. XXXI.

Cui colono eive qui in coloni numero scriptus est ager locus in ea centuria subsecivove *datus assignatus est, quae centuria quodve subsecivum in eo agro est, quem ex hac lege publice*

*venire oportet oportebitve, si ea centuria idve subsecivum publice veniit venieritve: tum pro ea centuria subsecivove tandundem modum agri loci de eo agr*o loco, qui ager locus in Africa est, quod eius publice non veniit, ei heredive eius IIvir qui ex hac lege factus creatusve erit reddito.

Cap. XXXII.

Cui colono eive qui in coloni numero scriptus est fuitve, *ager locus .... ei IIvir, qui ex hac lege factus creatusve erit, tantundem modum agri loci ei, cui ita ... esse fuisseve* comperietur, heredive eius de agro, qui ager in Africa est, pro eo agro reddito, cuique ita reddiderit ei assignatum fuisse iudicato.

Cap. XXXIII.

Cui agrum de eo agro, qui ager in Africa est, qui colono, *eive, qui in coloni numero scriptus est fuitve, redditus assignatusve fuit, emptum esse fuisseve comperietur, si IIvir eum agrum locum, quem ei emptum esse comperietur, colono, eive qui in coloni numero scriptus* est, adiudicaverit: tum tantundem modum agri ei, cui ita emptum esse comperie*tur, heredive ei*us procuratorive eius heredive cuius eorum, de eo agro qui ager in Africa est pro eo agro IIvir reddito.

Cui ita reddiderit, *ei is ager || sestertium nummo uno emptus* 70.
esto, isque ager locus privatus vectigalisque ita uti in hac lege scriptum est esto.

Cap. XXXIV.

Qui agri quae loca quaeve aedificia in Africa publici populi romani facti sunt, qui eorum publice veniit, quantum ei, qui eum agrum emit, pecuniae assignatum discriptum assignatumve in tabulis publicis est erit*ve: tantam pecu*niam populo ex idibus Martiis, quae postea quam vectigalia consistent, quae post hanc legem rogatam primum consistent, primae erunt, in*ferre debeto; neve is quaestor qui aerarium provinciam obtinebit, eam pecuniam, quae ob eos agros eaque loca aedificia ab eo, qui eos agros eaque loca aedificia emerit, populo eive, qui eo nomine ab populo mercabitur, debebitur, propiore die exigito, atque* utique in hac lege scriptum est; neve quod pecuniae ob eam rem propiore die exactum eri*t, atque uti*que in hac lege scriptum est, is qui pecuniam populo dare debebit ei qui eo nomine ab populo mercabitur ob eam rem pecuniam ei ne *ante idus Martias, quae post ea quam vectigalia con-*

*sistent, quae post hanc legem rogatam primum constiterint, primae erunt, dare debeto, neve eam pecuniam ante dato, quam eos agros eaque loca aedificia emptos esse fuisseve plan*um fiat, neve quis magistratus neve pro magistratu facito neve quis senator decernito, *quo ea pecunia*, quae pro agris locis aedificiis, qui supra scripti sunt, populo deberetur, aliter exigatur atque utique in hac lege scriptum est.

Cap. XXXV.

Quicumque pro eo agro loco aedificio, qui in Africa est, qui ager locus Romae publice veniit venieritve, populo, eive qui eo nomine ab populo mercabitur, pecuniam dare debebit, quae pecunia in diebus proximis, quibus is ager locus, qui in Africa est, Romae publice venierit, populo soluta non erit: is pro eo agro loco in diebus CXX proximis ea *praedia*, quae supra scripta sunt, arbitratu praetoris, qui inter cives tum Romae ius dicet, satis subsignato.

Praetor, qui inter cives Romae ius dic*et, si in diebus CXX proximis, quibus is ager locus, qui in Africa est, Romae publice veniit venieritve, neque praes pro ea pecunia, quae ob eum agrum locum populo debetur debebiturve populo eive qui eo nomine a populo mercabitur, datus erit, neque* praedium antea ob eum agrum locum in publico obligatum erit in publici*umve subsignatum erit,* agrum locum, quo pro agro loco satis ex hac lege arbitratu praetoris subsignatum non erit, pecunia praesenti vendito.

Quae *pecunia* || *ex ea venditione redacta fuerit, eam pecuniam praetor, qui inter cives Romae ius dicet, ei quaestori dato, qui aerarium provinciam obtinebit. Quaestor qui aerarium provinciam obtinebit, eam pecuniam accipito et in tabulis publicis scriptum habeto.*

Cap. XXXVI.

Qui ager locus in Africa est, qui Romae publice veniit venieritve, quod eius agri *loci eorum erit, qui e pop*ulis liberis in Africa sunt, qui eorum in amicitia populi romani bello punico proximo manserunt, quive ag*er locus in Africa est, qui Romae publice veniit venieritve, quod eius agri loci eis hominibus publice deve senatus sententia datum assignatum est, qui bello punico proximo ad imperatorem populi romani perfugerunt: pro eo agro loco IIvir in diebus . . . proximis, qu*ibus IIvir ex hac lege factus creatusve erit, facito, quantum agri loci cuiusque in populi liberi inve eo agro

loco, qui ager locus perfugis datus assignatusve est, civis romani ex hac lege factum erit, quo pro agro loco ager locus *civi roma*nu ex hac lege *de eo agro loco, qui ager locus in Africa est, qui Romae publice non veniit, datus redditus commutatusve non erit, tantundem modum agri loci cuique populo libero perfugisve det assignetve.*

Cap. XXXVII.

Duumvir, qui ex hac lege factus creatusve erit, is in diebus CL proximis, quibus factus creatusve erit, facito, quem Xviri, qui ex lege Livia facti creative sunt fueruntve, eis hominibus agrum in Africa dederunt adsignaveruntve, quos stipendium *populo romano dare oportet, si quid eius agri ex hac lege civis romani esse oportet oportebitve, de eo agro, qui publicus populi romani in Africa est, quod eius agri, qui stipendiariis datus assignatus est, ex hac lege civis* romani esse oportet oportebitve, id stipendiariis det adsignetve idque in formas publicas facito ut *referatur ita ut e* re ei videbitur.

Cap. XXXVIII.

Duumvir, qui ex hac lege factus creatusve erit, is facito in diebus CCL proximis, quibus hac lege populus plebesve iusserit, *ut eius agri loci, qui ager locus in Africa est, extra eum agrum locum, qui ex lege Rubria, quae fuit, coloni eiusque qui in coloni numero scriptus est esse oportet, quo pro agro de eo agro qui publice non veniit ei ager datus* commutatus redditusve non erit; extraque eum agrum, qui ager intra fines populorum liberorum Uticensium, Hadrumetinorum, Tampsitanorum, Leptitanorum, Aquillitanorum, Usalitanorum, Teudalensium, quum in amicitiam populi romani proximum || *venerunt, fuit; extra eum agrum, qui ager locus eis* 80.
hominibus publice deve senatus sententia in Africa datus assignatusve est, qui ad imperatorem populi romani bello punico proximo perfugerunt, uti supra scriptum; extra eum agrum, qui ager ex hac lege privatus factus erit, quo pro agro loco ager locus redditus commutatusve *non erit; extra*que eum agrum locum, quem IIvir ex hac lege stipendiariis dederit assignaverit, quod eius ex hac lege in formam publicam relatum *erit; extraque eum agrum locum, quem agrum P. Cornelius Publii filius proconsul de eis agris, qui in Africa sunt, quod eorum publicum populi romani factum est, de X legatorum sententia lib*eris regis Masinissae dedit, habereve fruive

iussit; extraque eum agrum locum, ubi oppidum Magar [1]) fuit; extraque eum agrum locum, quem Xviri, qui ex lege Livia facti creative fuerunt, Uticensibus reliquerunt adsignaverunt: ceterum *omnem agrum metiundum terminosque statui curet, eique operi diem dicat, ubi confectum sit.*

Cap. XXXIX.

Quicumque pro eo agro loco, quem agrum locum possident fruunturque, vectigal decumas scripturamve pro pecore ex lege Sempronia dare non soliti sunt, qui ager eis ex hac lege datus redditus commutatus erit, *quod quis* eius agri possidebit frueturve: pro eo agro loco neve vectigal neve decumas neve scripturam, quod post hanc legem rogatam fruetur, dare debeto.

Cap. XL.

Qui populus liber, quive sociorum nominisve latini quibus ex formula togatorum milites in terra Italia imperare solent, agrum publicum in Africa possidebit frueturve, is pro eo agro vectigal decumas scripturam populo aut publicano item dare debeto, uti pro eo agro loco, quem agrum locum populus *romanus aut quem* agrum locum civis romanus ex hac lege possidebit, dare oportebit.

Cap. XLI.

Praetor, cuius arbitrio pro agro loco, qui Romae publice venierit, ex hac lege *ita uti supra scriptum est populo satis subsignari oportet oportebitve, is facito, ut pro eo agro loco, quem publicanus fruendum conduxerit, ita uti supra scriptum est praedia dentur. Quibus pro agris praedia data non erunt, pro eis ag*ris ter tanti invito eo qui dabit accipito facitoque qui ex hac lege praedia dederit, ut ei satis subsignatum sit.

Quo minus ex hac lege praedium quicumque velit subsignet pecuniamve solvat praesque quicumque ex hac lege fieri volet fiat,
85. || *ejus hac lege nihil rogatur.*

Cap. XLII.

Quae vectigalia quas decumas quasve scripturas pecoris eum, quicumque agrum locum aedificium in Africa possederit, qui ager locus aedificium Romae publice veniit, qui ager locus populorum liberorum perfugarum non fuerit: pro eo agro aedificio locoque ex lege dicta, *quam L. Caecilius Cn. Domitius censores* agris aedificiis

1) Huschke: Carthago.

locis vectigalibusve publicis fruendis locandis vendundis legem dixerunt, publicano dare oportuit, *idem is qui eum agrum aedificium locumque, qui ager locus aedificium in Africa est, qui Romae publice veniit, qui ager locus populorum liberorum perfugarum non fuerit, ex hac lege possidebit, publicano vectigal decumas scriptura*mque pecoris dare debeto, neve amplius ea aliubive aliterve dare debeto pecusque ne *quod aliud* in eo agro pascito.

Quae vectigalia in Africa publica populi romani sunt, quae L. Caecilius Cn. Domitius censores fruenda *locaverunt venditeruntve, quicumque ea vectigalia fruenda conducta redemptave habebit, quod ob ea vectigalia fruenda populo dare debebit, ubive eam pecuniam solvere debebit: id ibive quo minus* is populo dare debeat solvatque, eius hac lege nihil rogatur.

Magistratus prove magistratu quive pro eo imperio iudicio *suo, quae* publica populi romani in Africa sunt eruntve vectigalia, fruenda locabit vendetve, quum ea vectigalia fruenda locabit vendetve *ex lege dicta, quam L. Caecilius Cn. Domitius censs. agris aedificiis locis vectigalibusve publicis fruendis locandis vendundis legem dixerunt, fruenda locato vendito; neve alia lege ea vectigalia fruenda locato neve vendito, atque* [1]) ex lege dicta, quam L. Caecil. Cn. Domit. censs., quum eorum agrorum vectigalia fruenda locaverunt, *legem* dixerunt; neve quod in eis agris pecus pascetur scripturae pecoris legem dicito, quo invitis eis, qui eum agrum possidebunt, *pro eo pecore obve id, quod in eo agro pecus pascetur, scripturae nomine plus exigatur, atque ex lege dicta, quam L. Caecilius, Cn. Domitius censores legem dixerunt.*

*Quae vectigalia in Africa sunt, quae Cn. Paperius consul vendidit locavitve, ea qu*ominus ea lege sint pareantque, quam legem Cn. Paperius consul eis vendundis dixit, eius hac lege nihil rogatur.

Cap. XLIII.

Qui *ager in Africa est, quae viae in eo* agro, antequam Cartago capta est, fuerunt: eae omnes publicae sunto limitesque inter centurias || *itineri publico inserviunto.* . . . .

Cap. XLIV.

*Cui ager in Africa assignatus est, quem is a*grum in eo numero agri professus erit, quo in numero eum agrum, quem is

1) Ex restitutione Huschkii p. 616.

cui assigna*tus est professus erit, profiteri non oportuit: eum agrum ei IIvir ne dato* neve reddito neve adiudicato.

Qui eam rem *ita esse* indicio fuerit, ei eius agri, quod is indicio eius *in eo numero agri, quo in numero agri profiteri* eum non *oportuit, professus esse convictus fuerit: quantae pecuniae sit inde decimam partem dare damnas esto, deque ea re IIviri, qui ex h. l. factus creatusve erit, iurisdictio reciperatorumque datio addictio esto* [1]).

Cap. XLV.

*Quibuscum trans*actum est, ut bona, quae habuissent, agrumque, qui eis publice assignatus esset, haberent *possiderent fruerenturve, quicumque* modus agri de eo agro, qui eis publice datus assignatus fuit, publice veniit: tantundem modum *agri loci de eo agro loco, qui ager locus publice non veniit, venieritve, IIvir reddito; qui ita reddiderit ei assignatum fuisse iudicato.*

Cap. XLVI.

*Quem quis in Africa agrum possessionem cuiusve agri possessionisve superficiem possid*et fruiturve, quem agrum possessionemve cuiusve agri possessionisve superficiem quaestor praetorve pub*lice vendidit* . . . : ob eum agrum locum possessionem *superficiem vectigal decumas stipend*ium [2]) scripturam pecoris ne dato neve *solvito.*

Cap. XLVII.

Qui agri loci possessionesque . . . . is ager ex senatus consulto datus assignatus est, ii agri loci possessionesque, ea omnia eorum *hominum sunto; facitoque is praetor prove praetore, quo de* ea re in ius aditum erit . . . . *neve aliter atque* uti de ea re in hac lege scriptum est, neve . . . .

Cap. XLVIII.

*Duumvir, qui ex hac lege factus creatusve erit, is in diebus proximis, quibus factus creatusve erit, facito ut horrea certis locis in Africa constituantur, quo fructus s*uos comportent, quibus ex hac lege ager locus datus redditus commutatus assignatus *relictusve erit quibusve agrum locum ex hac lege* dari reddi assignari *oportebit.*

1) Ex restit. Huschkii p. 617.

2) Huschke: *solarium.*

Cap. XLIX.

Qui ager locus .... eum agrum locum civ*is romanus* || ... quodque in eo agro loco vinei oleive fiet, quae messis vindemiaque P. Cornelio, L. *Calpurnio consulibus facta sit* .... eos fructus .... qui eum agrum tu ....

Pars tertia Corinthus.

Cap. L.

*Qui ex hac lege IIvir factus creatusve erit, is in diebus proxim*is, quibus ex hac lege IIvir factus creatusve erit, agrum locum, qui Corinthiorum *fuit, quod eius agri loci publicum populi romani factum est,* extra eum ag*rum locum* .... *extraque eum agrum locum,* quem ex hac lege venire oportebit, omnem metiundum terminosque statui *curato* ... eum agrum ... sque locato eique operi diem dicito, u*bi con*fectum sit, facitoque ....

Cap. LI.

Qui ager locus aedificium Corinthiorum fuit, quod eius agri loci aedificii ex hac lege venire oportebit, quod eius agri loci aedificii cuique *emptum* erit: is eius pecuniae, qu*am ob eos agros loca aedificia populo dare debebit, praedia praedesque dato* ... || *manceps praedia prae*desve ne magis soluti sun*to, eaque* nomina mancipum *praedum praediorum is quaestor, qui aerarium provinciam obtinebit, in tabulis publicis* ... *scripta habeto* ... *here*dibusque eorum persecutio *hac lege* esto.

Qui ager locus aedificium .... dare damnas esto .... *praetor, quo de ea* re in jus ad*itum erit* .... venieritve .... iei .... possesi .... pii ....

II. Lex repetundarum, quae Servilia vulgo dicitur [1]).

... *tribunus plebis plebem jure rogavit, plebsque jure scivit. Tribus* .. *principium fuit, pro tribu* .. *primus scivit.*

Cap. I.

*Dictator, consul, praetor, magister equitum, censor, aedilis, qui alicui civi Romano sociorumve no*minisve Latini exterarumve

1) Anni inc. intra 605 et 643 a. u. Ex ejusdem tabulae fragmentis, cui ex opistographo lex agraria (Thoria) insculpta erat. Cf. supra p. 16. n. 1. Klenze, fragmenta legis Serviliae repetundarum. 1825. Mommsen, Jahrb. 12, 762. (1842.) Huschke, Jahrb. 18, 625. (1845.) Gajus. p. 5. (1855.) Göttling, 36. Haubold, 22. Zell, 238. Rud. 1, 77. 212.

nationum, alicuive in arbitratu ditione potestate amicitia*ve populi Romani, in annos singulos pecuniae quod sit amplius HS . . abstulerit ceperit coëgerit conciliaverit averterit: de ea re ejus petitio nominisque delatio esto, praetoris quaestio esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio, quicunque iudicium ex hac lege erunt, éorum hac lege esto.* Qui tribunus plebis, *quaestor, IIIvir capitalis, IIIvir agris dandis assignandis, tribunus mi*litum legionibus IV primis aliqua earum fuerit, quive filius eorum alicuius erit, cuius pater senator sit: in annos singulos pecuniae quod sit amp*lius HS. num. . . . dono munere ne capiunto. Quantum pecuniae in magistratu potestáte curatione legatione, vel quo alio officio munere ministerioque publico, ab aliquo eorum, vel ab eo qui in potestate manu mancipiove eius sit cu*ive ipse parensve suus filiusve suus heres sit, ablatum captum coactum conciliatum aversumve sit: de ea re eius petitio nominisque delatio esto, *praetoris quaestio esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio quicumque iudicium ex hac lege erunt, eorum hac lege esto.*

*Quo ea pecunia, quae ab aliquo eorum ablata capta coacta conciliata aversave dicatur, pervenerit, ab eo, si, qui petat, dixerit, reo litem non aestimata*m esse uti peteret: de ea re eius petitio nominisque delatio esto, Praetoris quaestio esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio, quicunque iudic*ium ex hac lege erunt,*
5. *eorum hac lege esto. Cuius eorum* || *nomen de pecunia ablata capta coacta conciliata aversave delatum sit, si ei res semel adiud*icata erit, aut cuius nomen praevaricationis causa delatum erit, aut cuius nomen ex hac lege ex reis exemptum erit: siquis eius nomen a*pud praetorem denuo detulerit, praetor non statim recipito. At ubi vel de praevaricatione nec de calumnia eius, qui litem deseruerit, pronuntiatum fuerit: de pl*ano nominis *delatio apud eundem praetorem esto, qui primum eius, unde pecunia petita sit, nomen receperit,* quaestio eius praetoris esto, iudicium iudicatio litisque aestimatio, quicunque iudicium ex hac lege erunt, eorum hac lege esto.

Cap. II.

Is eum unde petet in ius ed*ucito suo tempore. Si quis socius nominisve Latini exterarumve nationum petet quive in arbitratu ditione potestate amicitiave populi Romani sit: is eum unde petet in ius educito* deque eo homine d*eferto nomen ante kal. Sept.; si*

civis Romanus sit, etiam post kal. Sept. deferre liceto. Cuius eorum ita nomen ex hac lege post kal. Sept., quae eo anno fuerint, delatum erit, qui eorum eo iudicio condemnatus erit: quanti eius rei lis ae*stimata fuerit, tanti solutio esto; quanti quis eorum ante kal. Sept. reddere damnatus erit, tanti solutio* eius esto. Praetor, qui ex hac lege q*uaeret, facito, quantum ita pecuniae ablatum captum coactum conciliatum aversumve esse iudicat*um erit, id ut privato solvatur, qui eorum petet.

Cap. III.

De hisce dum magistratum aut imperium habebunt iudicium non fiet. Dictator, consul, praetor, magister equitum, *censor, aedilis, tribunus plebis, quaestor, IIIvir capitalis, IIIvir agris dandis assignandis, tribunus militum legionibus IV primis aliqua earum, quive in alio officio sit, in ius educi ne liceto. At qui ex* eo magistratu imperiove abierit, quomin*us educi liceat, nihil impedimento esto.*

Cap. IV.

De patronis dandis. Qui ex hac lege pecuniam petet nomenque detulerit, cuius eorum ex hac lege ante kal. Septembres petitio erit, si is volet sibi patronos in eam rem dari: Praetor, ad quem *eius nomen delatum erit, unum actorem et qui eum adiuvent* || 10.
alios subscriptores facito in concione iudicum iniuratorum; dum ne quem eorum det sciens dolo malo, cui is, *cuius nomen deferatur, gener socer vitricus privignusve sit, quive ei sobrinus sit pro*piusve eum ea cognatione attingat, quive ei sodalis sit, quive in eodem collegio sit, cuiusve in fide is erit maioresve in maiorum fide fuer*int, quive in fide eum habuerit, cuiusve maiores in fide habuerint eum maioresve eius, cuius nomen deferatur; neve eum,* qui quaestione iudiciove publico condemnatu*s sit, quocirca eum in senatum legi non liceat, neve eum qui* ex hac lege iudex in eam rem erit, neve eum qui ex hac lege patronus datus erit.

Cap. V.

De patrono repudiando. Qui ex hac lege patronus datus erit, si is mori*bus suspectus fuerit: ei, qui de pecuniis repetundis nomen detulerit, illum repudiare liceto. Siquis ita patronum suspectum repudiaverit, t*um Praetor, qui ex hac lege quaeret, alium patronum ei quem *petierit dato, dum ne quem eorum det, de quibus supra scriptum est.*

Cap. VI.

*De CDLviris in hunc ann*um legendis. Praetor, qui inter peregrinos ius dicet, is in diebus X proximis, quibus hanc legem populus plebesve iusserit, facito ut CDLviros legat, qui in hac civitate *in eum annum, quo hanc legem populus plebesve iusserit, iudicent, dum ne quem eorum legat, qui tribunus plebis quaestor IIIvir capitalis tribunus militum legionibus IV primis aliqua ear*um IIIvir agris dandis assignandis sit fueritve, quive in senatu sit fueritve, quive mercede aliqua conductus sit, quive quaestione iudiciove publico condemnatus sit quocirca eum in senatum legi non liceat, quive minor annis XXX maiorve annos LX natus sit, quive in urbem Romam propriusve V m*illia passuum urbem Romam non habitet, quive eius, qui in senatu sit fueritve, pater frater filiusve sit, quive trans m*are erit. Quos legerit, eos, patrem, tribum, cognomenque iudicet. Q*ui a praetore, qui inter peregrinos ius dicet, uti scriptum est ex* hac lege CDLviri in eum annum lecti erunt: ea nomina omnia in tabula, in albo, atramento scriptos, patrem tribum cognomenque tributimque descriptos, hab*eto, eosque propo-*
15. *sitos suo in albo servato. Si nihil ex his obstat,* || *quominus in CDLviros legatur, praetor ius potestatemque scribendi, qui volet, facito. Praetor, qui* ex hac lege CDLviros legerit, facito recitentur in concione, iuratoque: sese *eos ex hac lege legisse, de quibus sibi consuluerit ita, ut iudicaturos ex animi sententia eos i*udices existimaverit esse; eosque CDLviros, quos ex hac lege legerit, is Praetor omnes in tabulis publicis scriptos in perpetuo habeto.

Cap. VII.

De CDLviris quotannis *legendis. Ex proximo anno, quo hanc legem populus plebesve iusserit, unus quotannis ex praetoribus quaestoris ex hac lege provinciam sortito habeto.* Qui eorum eum magistratum coeperit, facito ut CDLviros ita legat, qui hac *in civitate in eum annum, quo lecti erunt, iudicent; d*um ne quem eorum legat, qui trib. pleb. quaestor IIIvir capitalis trib. mil. legionibus IVor primis aliqua earum IIIvir agris dandis assignandis sit fueritve, quive in senatu sit fueritve, quive merc*ede aliqua conductus sit, quive quaestione iudiciove publico condemnatus sit quocirca eum in senatum legi non liceat, quive minor annis* XXX *maiorve a*nnos LX natus sit, quive in urbe Romae propiusve urbem Rom*am V millia passuum non habitet*, quive eius qui in senatu sit

fueritve pater frater filiusve sit, quive trans mare erit. Quos legerit, eos patrem tribum cognomenque iudicet. Qui ex hac lege in eu*m annum CDLviri lecti erunt, ea nomina omnia in tabula, in albo, atramento scriptos, pat*rem tribum cognomenque tributimque discriptos, habeto, eosque propositos suo *in albo servato. Si nihil ex his obstat, quominus in CDLviros legatur, Praetor ius potestate*mque scribendi, qui volet, facito. Praetor qui legerit, eos, quos ex hac lege CDLviros legerit, facito in concione recitentur, iuratoque: sese eos ex hac lege legisse, de quibus sibi consu*luerit, quae supra scripta sint; eosque CDLviros, quos ex hac lege legerit, is Praetor omnes in tabulis publicis scriptos in perpetuo habeto.*

Cap. VIII.

De nomine deferendo iudicibusque legendis. Qui ex hac lege pecuniam ab a*liquo eorum petet, cuius ex hac lege petitio erit, is eum, unde petet, de CDLviris, qui in* eum annum lecti erunt, ad iudicem, in eum annum qui ex hac lege factus erit, in ius educito nomenque eius deferto, si deiuraverit calumniae causa non po*stulare, apud Praetorem qui ex hac lege quaeret. Si is nomen receperit, iudex, qui eam rem* || *quaeret, facito, ut die . . . ex eo* 20.
*die, quo cuiusque quisque nomen detulerit, C viros is, qui detu*lerit, de CDLviris, qui in eum annum ex hac lege lecti erunt, adversario edat. Eos om*nes, quos edere velit, iudex recipito, dum ne quem recipiat, qui eius, unde petetur, gener socer vitricus pri*vignusve sit, quive ei sobrinus sit propiusve eum ea cognatione attingat, quive ei sodalis sit, quive in eodem collegio sit, facitoque coram adv*ersario, ut is, qui C viros edere velit, palam apud se iuret: se neminem de CDLviris, qui in eum annum lecti erunt, legisse, nisi qui aduersarium ea necessitudine* non attingeret, scientem dolo malo; itaque is edito, curatoque ubi is ita ediderit, tum in ea . . . . *Deinceps iudex, ad quem quis in ius eductus* erit, facito ut is die vicesimo ex eo die, quo cuiusque quisque nomen detulerit, C viros ex eis, qui ex hac lege CDLviri in eum annum lecti erunt, qui vivant, legat. *Eos omnes iudex*, *qui eam rem quaeret, recipito, dum ne quis eorum ab eo, cuius nomen delatum erit, lectus iud*ex sit, cui is, quive ei, qui petet, gener socer vitricus privignusve sit, quive ei sobrinu*s sit propiusve eum ea cognatione attingat, quive, qui petet,* ei sodalis sit, quive tribunus plebis quaestor

IIIvir capitalis IIIvir agris dandis assignandis tribunus militum legionibus IV primis aliqua earum sit fueritve, quive in senatu sit fueritve, quive . . . L. Rubria . . . aberit, quive trans mare erit; neve amplius de una familia unum, neve eum, *qui de pecunia capta in ius eductus fuerit, aut quod cum eo lege Calpur*nia aut lege Iunia sacramento actum sit, aut quod hac lege nomen delatum sit. Quos is C viros ex hac lege ediderit, de eis ita facito: iuret palam apud se coram *adversario is unde petetur: sese de CDLviris, qui in eum annum lecti erunt, neminem in iudices legisse, qui adversarium ulla n*ecessitudine attingat, quae supra scripta sint. Q. unde petitum erit, quominus . . . . *Si ita uterque, tam is qui petet quam is unde petetur, centenos* viros ediderit iuraritque, tum is Praetor facito, ut is unde petetur die . . . postquam eius nomen delatum erit, quos C is qui petet ex hac lege ediderit, de eis iudices *L legat,*
25. *et ut is qui petet de eis, quos C is unde petetur ediderit*, || *totidem iudices legat. Si uterque, tam is qui petet quam is cuius nom*en ex hac lege delatum erit, quinquagenos iudices ex hac lege non legerit edideritve sive e . . . sodalitate attingat, quive in eodem collegio sit, ex hac lege non e . . . eum Pr. adversariumve moram non erit, quominus legat edatve . . . em legat. Qui ita lecti erunt, ii in eam rem iudices sunto eorumque eius . . . .

Cap. IX.

Ut scripta in tabulis habeantur. Praetor, qui ex hac lege quaeret, facito ut viros, quos is qui petet et unde petetur ex hac lege legerint ediderint, eosque patronos, *quos is qui petierit et is unde petitum erit sibi nominaverint, quive ei qui petet a Praetore ex hac lege dati erunt, in tabulis publicis scriptos habeat, eique qu*i petierit et unde petitum erit, qui eorum volet, ex tabulis publi*cis eorum nomina legundi semper ius potestasque esto.*

Cap. X.

Iidem iudices unius rei in perpetuum sint. Qui iudices *ab eis ita lecti erunt, q*uam in rem ii iudices lecti erunt, *in eam rem in perpetuum sunto.*

Cap. XI.

De vadibus dandis. Praetor, qui ex hac lege quaeret, facito ut eum, cuius nomen delatum erit, iudicio adfuturum certo die publice vadetur is, qui pecuniam ex *hac lege petet.* Tum ob eam rem, quod pecuniam ex hac lege ceper*it, si quis ex hac lege*

*condemnatus erit, censor vadem neque senatu neque tribu mo*veto, neve equum adimito, neve quid ei eius eam rem fraudi esto, *quae supra* scripta sint. Praetor, qui ex hac lege n*omen receperit, facito ut absentem condemnet, eique aqua et igni interdicat, bonaque publice possideantur eius, qui die dicto iudicio non adfuerit et prius quam ea res iudicata erit urbe cesse*rit aut in exilium abierit. Cuius nomen ex hac lege delatum er*it, si eius bona non sufficient, ubi prius urbe cesserit aut in exilium* abierit quam ea res iudicata erit, Praetor, ad quem eius nomen d*elatum erit, eam* rem ab eis item quaerito, *qui vadimonium susceperint, in quantum vadimonium fuerit constitutum.*

Cap. XII.

. . || . . *Praetor, si* nomen ex hac lege ad se delatum erit, facito ut iudicium p . . . *uti q*uod recte factum esse volet, dum ne quid adversus hanc legem fiat, aut . . . secundam neve post hanc legem rogatam conquiri in terra Italia in oppidis foris concilia*bulis* . . . *con*ciliabulis, ubi iure dicundo praeesse solent, in quibus d . . . *Pra*etor, qui ex hac lege quaeret . . . audierit quod eius rei quaerendae censeant referre, et c . . . re iubeto et cum ea res agetur, quam in rem quisque testis er*it, facito ut* omnes adsint testim*onio* . . . . um eius fide quaerat, quive in fide eius sit, maiores*ve* . . . *ca*usam dicet, duntaxat unum quive eius parentisve eius . . . ve sit. De no . . . it, secumve duxerint, duntaxat homines duo de L earum rerum *accusat*or quae ita conquisierit, et siqua tabulas libros litterasve publi*cas* . . . . producere proferre*que* . . || . . ive de ea re volet apud Praetorem, is Praetori moram ne facito . . . at . . . Praetor uti interroget. Praetor, qui ex hac lege q*uaeret*, . . . *qui in ea*m rem iudices erunt, antequam primum causa d*icta erit* . . . . iudices, qui in eam rem erunt, omnes pro rostris in forum . . . *vo*let ut testium, qui *in* eam rem erunt, verba audiat . . . eam rem minus iudicet, nisi siqua causa erit, quae ei . . . recitentur proscripta propositaque palam apud forum . . . *qui ex e*is C iudices L lecti erunt. Iudex nequis disputet u . . . e iudicium adesse possit, de ea re Praetor, qui ex hac lege *quaeret* [1]), . . . ndo.

1) Hoc loco integrum versum „*re poterit facito cujus dicet nomen referre*" a Klenzio esse omissum, Mommsen et Rudorff l. c. ex Mazochiana legis editione dicunt; at neque in apographo, quod Göttling l. c. ex ipso tabulae fragmento descriptum exhibet, iste versus legitur.

Quam rem Praetor ex hac lege egerit, si eam rem proferet
40. cui . . . || . . *vo*let, cuius ex hac lege nominis delatio erit, ei eius
rei pe*titio* . . . it, ut eius ad sese veniat aut adferatur coram eo,
qui postulave*rit* . . . *Si iudex* qui eam rem quaeret, ex hac lege
causam non nove*rit*, . . . deque ea re hac lege iudicium litisque
aestimatio esto, quasi si eius . . . iudicium fieri oportebit ter . . . dam
. . . bus in concione pro rostris sententia ita pronuntiato fec . . .
antequam ibunt, facito iurent sese . . . *si iudex, qui eam re*m quaeret
ex hac lege causam non noverit, Praetor, qui ex hac lege q*uaeret,*
. . . multam suprema delea . . . aturum esse iudicem . . . quoquis
45. suae alter*ius* sententiae certior sit, quod . . || . . que die deferatur
isque Quaestor . . . satione primo quo . . . *si iudex*, *qui eam rem*
*qua*eret, causam non noverit, qui eorum iudex . . . re dixerit, Praetor,
qui ex hac lege quaeret, ita pronun*tiato* . . . . *Iudices in* consilium
quomodo eant. Praetor, qui ex hac lege nomen *receperit*, . . .
Praetor, *qui ex hac lege quae*ret, dicat eis HS nummos C millia
quotiescunque amplius bis in uno iu*dicio* . . . quicunque aderunt
iudicare . . . . .

Cap. XIII.

De reis quomodo iudicetur. Ubi duae partes iudicum qui ader
. . . m, quam ob rem et quantum pecu*niae* . . . rem agito. Tum
Praetor cum suis viatoribus apparitoribusque ne *quis iudex ad rem*
iudicandam adsit facito, *qui semel a iudicio exclusus fuerit,*
facitoque, ut viatores apparitoresque tam eos iudices, qui a par-
tibus reiecti fuerint, *quam eos*, qui iudicare negarint, semoveant
50. *a sententiis ferend*is . . || . . *Singulos quos*que iudices is Praetor
sorticulam unam buxeam longam digitos IIII lat*am digitos* . . . *cera-*
que obductam, *cui vel A. vel C. vel NL. inscriptum fuerit*, *con-*
iicere iubeto. Ut ita iudices coniiciant sorticulas, *Praetor*, *qui*
ex hac lege quaeret, *sitellam afferri iubeto longam digitos* . . .
latam digitos . . XX, quo iudices sorticulas coniiciant . . . eamque
sortem ex hac lege apertam, brachioque aperto litteram digitis oper-
tam, pala*m unusquisque iudex in sitellam deiicito* . . . ra parte C
in manu palam dato a . . . cunda causa ad sitellam sorti veniet, is
in eam sitellam manum demittito tam devexam populo . . . iudicium
. . . *sor*tem, qui in eos ceteros singulatim . . . *con*demno ubi nihil
scriptum erit sine suffragio; ex qua sorte pronuntiarit, eam sortem
proximo judi*ci* . . . . dito.

Cap. XIV.

De *reo comperendinando. Si de eo, qui ex hacce lege accusatus erit, maior pars iudicum* sententiam „*Non Liquet*“ *tu*lerit, is eius *rei ex hacce lege comperendinatus esto . . . Si in secunda actione reus solus adsit*, quod praevaricationis causa factum non erit, is ex hacce lege eius rei absolutus esto.

Cap. XV.

De reo condemnan*do. Ex iudicum sententiis* si plurimae erunt „Condemno“, Praetor, qui *ex hacce lege quaeret, ex tabellis a iudicibus latis palam pronuntiato.*

Cap. XVI.

De reo ab*solvendo. Ex iudicum sententiis si plurimae erunt „Absolvo“, Praetor, qui ex hac lege quaeret, ex tabellis a iudicibus latis palam pronuntiato. Siquis* || *ita ex hac lege condemnatus* 55.
aut absolutus erit, cum eo hac lege nisi quod postea fecerit, aut nisi quod praevaricationis causa factum erit, aut nisi de litibus aestimandis, aut nisi de sanctione huiusce legis, actio ne e*sto.*

Cap. XVII.

De praedibus dandis. Si quis ita ex hac lege de pecunia ablata capta coacta conciliata aversave condemnatus erit, et iudex, qui eam rem quaesierit, Quaestori, qui aerarium provinciam obtinuerit, indicaverit eum, qui ex hac lege condemnatus erit, Quaestor praedes facito det de consilii maioris partis sententia, quanti ii censuer*unt; si* praedes dati non erunt, bona eius facito publice possideantur con*quiranturque* .... *Qui ita conquisierit, quantum is de bonis eius, qui ex hac lege condemnatus fuerit, invenerit, id Quaestori, qui aerarium provinciam obtinuerit*, scriptum tradito; Quaestor accipito et in tabulis publicis scriptum habeto.

Cap. XVIII.

De litibus aestimandis. *Siquis* ex hac lege condemnatus erit, ab eo quod quisque petet, cuius ex hac lege pe*cunia capta coacta ablata conciliata aversave reddenda erit, id litibus singulis aestimatis iudices, qui ex hac lege lecti erunt, in certam summam redigunto, ita tamen ut aestimetur, quod ante hanc legem rogatam convincitur captum coactum ab*latum aversum conciliatumve esse, ea res omnis simpli, ceteras res, quod post hanc legem rogatam convincitur captum coactum ablatum aversum conciliatumve esse, dupli, idque ad Qu*aestorem, cui aerarium provincia obvenerit,*

redigunto. Siquis ita iudici, qui eam rem quaesierit, consilioque eius maiori parti satis fecerit, regis populive civisve sui nomine eorum ad quos ea pecunia pervenerit parentisve sui, cuive ipse parensve suus heres sit, litem aestimatam esse; quive ei iudici consilioque eius maiori par*ti sat*is fecerit, regis populive civisve sui nomine litem aestimatam esse sibi: *cum eo amplius actio de ea re ne esto.*

Cap. XIX.

De pecunia solvenda. Siquis civis Romanus ex hac lege pecuniam ab aliquo petierit, qui ita satis fecerit, iudex, qui eam rem quaesierit, facito ut ei || *pecunia, quae ex* hac lege in aerario posita erit, ob eam rem, quod eo nomine lis aestimata erit, in triduo proximo, quo ita satis fecerit, ex hac lege solvatur; neve quis iudex neve Quaestor facito sciens dolo m*alo, quo minus in triduo proximo, quo ita satis fecerit, solvatur* . . . . *Si iudex, qui eam rem quaesierit, quive iudex facere iussus fuerit ut ad Quaestorem redigeretur ea pecunia*, ex hac lege pecuniam omnem ad Quaestorem redigere non potuerit, tum in diebus X proximis, quibus *si potue*rit redacta erit, iudex qui eam rem quaesierit, quive iudex ex hac lege facere *iussus fuerit, ut ad Quaestorem redigeretur ea pecunia, facito ut ei qui petet solvatur. Si regis populive nomine lis aestimata erit, Praetor, qui ex hac lege quaeret, facito ut dies edatur, qua, ubi primum* lites aestimatae erunt, cuius regis populive nomine lis aestimata erit, legati adsint, dum ne longius C dies edat soluto servando. Ubi ea dies venerit, qua die iussi erunt adesse, iudex, qu*i eam rem quaesierit, eos recipito, eosque ad Praetorem ducito, qui ex hac lege quaeret. Tum praetor pecuniam, quae in aerario ex hac lege posita erit, eorum nomine, quorum is qui ex hac lege condemnatus erit litem aestimatam esse satis f*ecerit, eis primo quoque die Quaestorem solvere iubeto, Quaestorque eam pecuniam eis sine fraude sua *solvito quantum* in aerario sit. Quod eorum nomine, qui non aderit tributus factus . . . Praetor ex hac lege tribuendi causa prodixerit, is uti quod recte factum esse volet facito, quomodo prodi*xerit; mai*ore parte diei ad eum diem, donec solutum erit, apud forum palam, ubi de plano le*gi recte possit, proscriptum propositumque habeto* . . . || fecerit di*es* . . *pro*ximos, ex ea die, qua tributus factus erit, apud forum palam, ubi de plano recte legi possit, proscri*ptum* . . . post quinquennium populi fiet.

Quae pecunia ex hac lege in aerarium posita erit quod in annis q . . . eandem provinciam habebit, ii faciunto uti quod recte factum esse volet. Quod eius is reus non solverit, ab eis Praetor, *qui ex hac lege quaeret, facito ut primo quoque die pecunia exigatur.*

Cap. XX.

Pecunia in fiscis obsignetur. Quaecunque pecunia ex hac lege ad Quaestorem redacta fuerit, cui quis Praetor lites aestimaverit et unde ea pecunia redacta sit quantumque in eo fisco sit, Quaestor, quicun*que aerarium provinciam obtinebit, uti quod* recte factum esse volet, facito in diebus V proximis, quibuscunque ei aerarium provincia obvenerit, *ut cui* pecuniam ex hac lege, quod sine malo peculatu fiat, Praetor qui ex hacce lege quaeret dari solvi iusserit, id Quaestor *quicunque aerarium vel urbanam pro*vinciam obtinebit, sine fraude sua extra ordinem dato solvitoque. Quaestor moram ne facito. *Quaestor* . . . .

Cap. XXI.

Nequis iudicio impedimentum faciat. Quod ex hac lege iudicium fieri oportebit, cum ex hac lege fieri oportebit, nequis magistratus prove magistratu prove *quo imperio potestateve erit facito, quo* minus seciusve fiat iudiceturve; neve quis eum, qui ex hac lege iudicium exercebit, neve eum, qui *iudex eam rem quaeret, neve eos, qui iudices patronive testesve in eam rem ex hac lege erunt, neve eum, qui ex hac lege petet eumve unde petetur, quo die in iudicio adesse iussi erunt, avocato neve* || avocari iubeto, 70.
neve abducito, neve abduci iubeto, neve facito quo quis eorum minus ad id iudicium adesse pos*sit, quove cui eorum minus in eo iudicio verba dicere* verba audire in consilium ire iudicare liceat; neve iudicium dimittere iubeto, nisi cum senatus *iure convenerit, aut nisi cum calata erunt comitia, aut nisi cum omnes Quirites ad conventionem in comitia centuriata iure vocabuntur, extra quam siquid in saturam feretur, aut nisi cum* tribus intro vocabuntur, extra quam siquid in saturam feretur. Si is Praetor, qui ex hac lege quaeret, si*ve quicunque Quaestor, cui aerarium vel urbana provinc*ia obvenerit, iudiciove inperiove abierit abdicaverit mortuusve erit, ante quam ea omnia iudica*ta solutaque ex hac lege fuerint, quae iudicari solvique oportet: Praetor qui post illum ex hac lege quaeret, quive Quaestor post illum aerarium provinciam optinebit, is uti quod recte factum* esse volet facito, ut ea omnia

quod ex hac lege factum non erit faciant, fiantque quae ex hac lege fieri oportet. Si q*uod ex hac lege fieri oportet factum non erit, de ea re* Praetori Quaestorique omnium rerum, quod ex hac lege factum non erit, siremps lex esto qua*si apud eos ea res acta esset.*

Cap. XXII.

Si iudicium fuit fueritve ex lege quam L. Calpurnius, Lucii filius, trib. pleb. rogavit, exve lege quam M. Iunius Decimi filius trib. pleb. rogavit, qui eorum eo *iudicio condemnatus est eritve, quo* magis de ea re eius nomen ex hac lege deferatur quove magis de ea re cum *eo ex hac lege iudicium iudicatio litisque aestimatio sit* erit, cum eis hac lege actio ne esto.

De praevaricatione. Praetor, qui ex hac lege quaeret, qua de re ei prae*varic* . . . *ad eam rem* iudicandam adfuerit, qui vivent, eorum maiori parti satis factum erit, nomen, quod ex . . . .

Cap. XXIII.

75. || De civitate danda. Siquis eorum, qui civis Romanus non erit, ex hac lege alteri nomen *de pecunia capta coacta ablata conciliata aversave ad Praeto*rem, cuius ex hac lege quaestio erit, detulerit, et is eo iudicio hac lege condemnatus erit: tu*m is, qui ex hac lege alteri nomen de pecunia capta coacta ablata conciliata aversave detulerit* [1]*, cum uxore liberisque, si ii cives Romani non erunt*, civis Romanus ex hac lege fiet, nepotesque iam ei filio nati cives Romani iusti sunt*o, cum eis commercium et conubium ex iure Quiritium esto, munerisque publici capiendi ius esto, suffragium in trib*um ferunto inque eam tribum censento, militiaeque eis vocatio esto, aera stipendiaque *omnia merita sunto. Nequi magistratus, prove magistratu prove quo imperio potestateve erit, facito quominus ita sit. Quo minus ea, quae in hoc capite scripta sunt, ita sint fiant, eius hac lege* nihilum rogato.

Cap. XXIV.

De provocatione . . . eque danda. Siquis eorum, qui . . . tor Praetor aedilisve non fuerint, ad Praetorem, cuius ex hac lege

---

1) Sequentia Huschke l. c. ita restituenda censet: *si sociorum Latinive nominis erit, civis Rom. esto, itemque uxor et filii ejus, qui* civ. Rom. ex h. l. fiet, nepotesque, *dum* ii filio nati *sunt*, civ. Rom. justi sunto, *tanquam si a cive Rom. ex justis nuptiis procreati essent, inque eis filiis nepotibusque potestas ei esto. Suffragium in tribum Crustuminam* ferunto *etc.*

quaestio erit, *nomen alteri ex hac lege detulerit, et is eo iudicio hac lege condemnatus erit*, eius militiae munerisque publici in su . . . utilitate. Iudex deinceps faciat. . . . *Si Praetor, qui ex hac lege quaeret, sive Quaestor, cui aerarium* vel urbana provincia obvenerit, eo magistratu iudiciove imperiove abierit abdicaveritve *mortuusve erit, Quaestor qui post eum aerarium* provinciam habebit, is, uti qu*od recte factum esse v*olet, facito ut ea omnia *fiant quasi* apud eum ea res acta esset, deque ea re ei Praetori Quaestori omnium rerum, quod ex *hac lege factum non erit, siremps lex esto.* . . . *iu*dicium fuit fueritve ex leg*e, quam L. Calpurnius, L. filius*, tribunus plebis rogavit, *exve lege, quam M. Iunius, D. filius, tribunus plebis rogavit, qui eorum eo iudicio condem*natus est eritve, quo magis de ea re eius nomen hac lege deferatur, quove magis de e . . . t ante quam ea res . . . sanctio . . . m rem iudicandam adfuerint, qui vivent eorum maiori parti satis fecerit . . . *Siquis eorum, qui* . . . ne . . . *ad Praetorem*, cuius ex hac lege quaestio erit, deluler*it*, *et is* eo iudicio hac lege condemnatus erit, tum is qu*i ex hac lege nomen detulerit*, . . . *militiaeque eis* vocatio esto, aera stipendiaque omnia merita sunto. Nequi magistratus, pro*ve magistratu prove quo imperio potestateve erit, facito quo minus ita sit* . . . *condem*natus erit, tum qui eius *nomen* detulerit, cuius eorum opera ma . . . repetetur, de ea re eius . . . o utrum velit uel in sua ciuitate . . . bere liceto. *Siquis ci*vis Romanus ex hac lege alteri nomen detulerit, . . . Cui ex hac *lege* . . . catio erit esseve opport*et pe*regrinos ius . . . ati . . .

III. Leges tabulae Bantinae [1]).

1. Lex Romana [2]).

Cap. I.

. . . . neque prov*inciam* . . . . in sena*tu sive* in publico judicio ne sen*tentiam rogato tabellamve ne dato* . . . . ium dicito, neve quis magistratus testimonium publice ei*dem deferri neve de*nun-

1) Saec. VI vel VII. E tabula aenea, quae in Lucania prope antiquam Bantiam a. 1793 reperta, Neapolique asservata, ab uno latere legem Romanam ab altero legem Oscam exhibet.

2) Mommsen, d. unteritalischen Dialekte. 1850. p. 148. Zeitschr. 13, ~~363.~~ Rudorff, Zeitschr. 15, 238. 271. Göttling, 44. Haubold, 74. Zell, ~~284. Rud. 1,~~ 212.

tiari *sinito, neve judicem eum neve arbitrum neve reciper*atorem dato, neve is in publico luci praetextam neve soleas habito, neve quis || . . . to mag*istratus,* quicunque comitia conciliumve habebit, eum suffragium ferre ne sinito, *neve eum censor in senatum legito neve in senatu r*elinquito.

Cap. II.

Si trib. plebis, quaestor, IIIvir capitalis, IIIvir agris dandis assignandis, judex qui ex hac lege plebisvescito factus erit, senatorve fecerit gesseritve, quo ex hac lege *quae oportuerit minus fiant, sive quae e*x hac lege facere oportuerit oportebitve non fecerit sciens dolo malo, sive adversus hanc legem fecerit *gesseritve sciens dolo malo: ei multa tanta esto HS* [1] . . . . *et* eam pecuniam qui volet magistratus exigito. Si postulabit qui petet, p*raetor* recuparatores || . . . *quos quotque dari opo*rteat [2] dato, jubetoque eum si ita pareat condemnari populo, facitoque judicetur. Si condemnatus *erit, quanti condemnatus erit, praedes* ad quaestorem urbanum det, aut bona ejus publice possideantur facito. Si quis magistratus multam irrogare volet, *ei multam irrogare liceto, dum minoris* [3] partis familias taxat liceto; eique omnium rerum siremps lex esto, quasi si is hac lege *multam HS . . . exegisset* [4].

Cap. III.

Consul, praetor, magister equitum, censor, aedilis tribunus plebis, quaestor, IIIvir capitalis, IIIvir agris dandis assignandis, qui nunc est, is in diebus V proximis, quibus quique eorum sciet hanc legem populum plebemve || *jussisse, juranto, uti infra scriptum est. Item* dictator, consul, praetor *etc. (ut supra)*, judex ex hac lege plebisve scito *factus, quicunque eorum p*osthac factus erit, is in diebus V proximis, quibus quisque eorum magistratum imperiumve inierit, juranto, *uti infra scriptum est. Iidem consistunto in a*ede Castoris palam luci in forum versus, et iidem in diebus V apud quaestorem juranto per Jovem deosque *penates: sese quae ex hac lege facere oport*ebit facturum, neque sese adversus hanc legem facturum scientem dolo malo, neque sese facturum neque inter-

---

1) Rud.: *is populo HS . . . dare damnas esto.*

2) Rud.: recuperatores: *„nisi fecerit, quae eum ex hac lege facere oporteat“* dato.

3) Rud.: *quanti videbitur, dum minoris.*

4) Rud.: hac lege *condemnatus esset.*

cessurum, *quo, quae ex hac lege oportet, minus fiant. Qu*i ex hac lege non juraverit, is magistratum imperiumve neve petito neve gerito neve habeto, neve in senatu || *sententiam dicito dicereve* ne quis sinito, neve eum censor in senatum legito. Qui ex hac lege judicaverit, is facito apud quaestorem urbanum *ejus qui juraverit nomen pers*criptum sit, quaestorque ea nomina accipito, et eos, qui ex hac lege apud eum juraverint, facito in tabulis *publicis scriptos habeat.*

Cap. IV.

*Qui senator est inve senatu sententi*am dixerit post hanc legem rogatam, is in diebus X proximis, quibus quisqu*e eorum sciet hanc legem populum plebemve jussisse*, juranto apud quaestorem ad aerarium palam luci per Jovem deosque penate*s: sese quae ex hac lege* || *facere oportebit facturum, neque s*ese adversus hanc legem facturum esse, neque sese .... quominus si .... huic legi .... anodni .... *i*urave*rit* ....

2. Specimen legis Oscae[1]).

Cap. V [2]).

Pon censtur || bansae tautam censazet pis cevs bantins fust, 19.
Quum censores Bantiae populum censebunt, qui civis Bantinus fuerit,
Quum censor Bantiae populum censebit, quisquis civis Bantinus erit,
censamur esuf in eituam poizad ligud || asc censtur censaum angetuzet 20.
censetor caput et pecuniam, quali lege eos censores censere coëgerint.
censetor ibi et mulctam suffert lege, qua censor censere adegerit.
aut suae pis censtomen nei cebnust dolud mallud || in eizeic vincter 21.
At si quis in censum non venerit dolo malo, et in eo convincitur,
At si quis in censum non venerit dolo malo, et id vincitur,
esuf comenei lamatir pr meddixud toutad praesentid perum 22.
caput in comitio deminuat praetor ex officio populo praesente sine
ubi cominus obstinatus pro magistratu finit praesente per
dolum || mallom in amiricatud allo famelo in ei sivom [3])
dolo malo, et immercato caetera familia venia sine (?),
dolum malum et mercator alium servum, et tantundem (pecuniae),
paei eizeis fust pae ancensto fust || toutico estud. 23.
quae illius fuerit quae incensa fuerit, publica esto.
quae ejus fuerit quae incensa fuerit, publicum esto.

1) Mommsen, d. unterital. Dialekte. 1850. p. 145. Kirchhof, d. Stadtrecht v. Bantia. 1853. Lange, die osk. Inschrift. d. tab. Bant. 1853. Huschke, d. osk. u. sabell. Sprachdenkmäler. 1856. p. 59. (Rud. 2, 420.) Corssen, Bugge, Ebel, Zeitschr. f. vergleichende Sprachwissenschaft. 5, 1. 81; 6, 20. 62. 421; 7, 270. (1856—1858.)

2) Cum interpretatione Langii et Huschkii.

3) Lange: inei sivom; Huschke: in eisivom.

IV. Lex Fundania de Thermensibus [1]).

L*ex* de Thermensi*bus* Pisidi*s* maj*oribus.*

C. Antonius, M*arci* f*ilius* C*aji* n*epos* Corn*elia (tribu) consul, ad senatum retulit,* C. Fundanius, C*aji* f*ilius* tri*bunus* pl*ebis*, de s*enatus sententia* plebem *jure rogavit plebesque jure scivit. Principium fuit tribus* . . *Pro tribu* primus scivit . .

(1.) Qui Thermenses majores Pisidae fuerunt, quique eorum legibus Thermensium maiorum Pisidarum ante cal. April., quae fuerunt L. Gellio Cn. Lentulo coss. *(a. 681. a. u.)*, Thermenses maiores Pisidae facti sunt, quique || ab iis prognati sunt erunt, ii omnes posterique eorum Thermenses maiores Pisidae liberi amici sociique populi Romani sunto, iique legibus suis ita utunto, itaque iis omnibus suis legibus Thermensibus maioribus || Pisidis uti liceto, quod adversus hanc legem non fiat.

(2.) Qui agri quae loca aedificia publica privataque Thermensium maiorum Pisidarum intra fines eorum sunt fueruntve L. Marcio S. Julio cos. *(a. 663)*, || quaeque insulae eorum sunt fueruntve iis consulibus, qui supra scripti sunt, quodque earum rerum iis consulibus ii habuerunt possederunt usi fructive sunt, quae de iis rebus *locata non sunt, uti* an*tea habeant possideant;* quaeque || de iis rebus *agris locis aedificiis locata sunt,* haec ne *locentur sancitum est sanctione, q*uae facta est *ex lege rogata L. Gellio Cn. Lentulo coss.;* ea omnia Ther*menses majores Pisidae habeant* possideant, iisque *rebus locis agris aedificiis u*tantur fruantur || ita uti an*te bellum Mithridatis, quod* primum fuit, habuerunt *possederunt usi fructi*ve sunt.

(3.) Quae Thermensium majorum Pisidarum publica privatave praeter loca agros aedificia sunt fueruntve ante bellum Mithridatis, quod primum || factum est, quodque earum rerum ii antea habuerunt possederunt usi fructive sunt, quod eius ipsi sua voluntate a se non abalienarunt, ea omnia Thermensium majorum Pisidarum uti sunt fuerunt ita sunto, itemque iis ea omnia || habere possidere uti fruique liceto.

(4.) Quos Thermenses maiores Pisidae liberos servosve bello Mithri-

---

1) A. 690. (?) E tabula aenea, quae Neapoli asservatur. Dirksen, Versuche z. Kritik d. Qu. d. R. R. 1823. p. 137. Göttling, 12. Haubold, 134. Zell, 258. Rud. 1, 36. 213.

datis amiserunt, magistratus pr*ove* magistratu, cujus de ea re iurisdictio erit, *quum* de ea re in jus aditum erit, ita de ea re jus dicunto judicia recuperationes*ve* danto, ut ii || eos recuperare possint.

(5.) Ne quis magistratus prove magistratu legatus neve quis alius milites in oppidum Thermensium majorum hiemandi causa introducito, neve || facito quo quis eo milites introducat quove ibi milites hiement, nisi senatus nominatim, ut Thermensium majorum Pisidarum in hibernacula milites deducantur, decreverit; neve quis magistratus prove magistratu legatus neve quis alius facito || neve imperato, quo quid magis ii dent praebeant ab iisve auferatur, nisi quod eos ex lege Porcia dare praebere oportet oportebit.

(6.) Quae leges quodque jus quaeque consuetudo L. Marcio S. Iulio coss. inter cives Romanos et Thermenses || majores Pisidas fuit, eaedem leges idemque jus eademque consuetudo inter cives Romanos et Thermenses majores Pisidas esto; quodque quibusque in rebus locis agris aedificiis oppidis juris Thermensium majorum Pisidarum iis consulibus, || qui supra scripti sunt, fuit, quod ejus praeter loca agros aedificia ipsi sua voluntate a se non abalienarunt, idem in iisdem rebus locis agris aedificiis oppidis Thermensium maiorum Pisidarum jus esto, et quo minus ea, quae in hoc capite scripta || sunt, ita sint fiant, eius hac lege nihilum rogatur.

(7.) Quam legem portoriis terrestribus maritimisque Thermenses majores Pisidae capiundis intra suos fines dixerint, ea lex iis portoriis capiundis esto, dum ne quid portorii ab iis capiatur, qui publica || populi Romani vectigalia redempta habebunt, quos per eorum fines publicani ex eo vectigali transportabunt.

V. Lex Cornelia de scribis viatoribus et praeconibus quaestorum [1]).

.... VIII de XX *Quaestoribus*.

.... principium fuit. Pro tribu ....

.... quaestor urbanus, qui aerarium provinciam obtinebit, eam mercedem deferto, quaestorque qui aerarium provinciam obtinebit, eam pecuniam ei scribae scribisque heredive ejus solvito, idque ei sine fraude sua facere liceto, quod || sine malo peculatu fiat, illisque hominibus eam pecuniam capere liceto.

---

1) A. 673. (?) E tabula aenea, quae Neapoli asservatur. **Göttling**, 7. **Mommsen**, Jahrb. 15, 475. **Haubold**, 85. **Zell**, 260. **Rud.** 1, 213.

Consules qui nunc sunt, ii ante Cal. decembres primas de iis, qui cives Romani sunt, viatorem unum legunto, qui in ea decuria viator appareat, quam decuriam viatorum ex Nonis decembribus primis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Iidem coss. ante Cal. decembr. primas de iis, qui cives Romani sunt, praeconem unum legunto, qui in ea decuria praeco appareat, quam decuriam praeconum || ex Nonis decembribus primis quaestoribus ad aerarium apparere oportet oportebit. Deinde iidem conss. *etc. (iisdem verbis de secundis et tertiis Nonis.)* Eosque viatores eosque praecones omnes, quos eo ordine dignos arbitrabuntur, legunto. Quam in quisque decuriam ita viator lectus erit, is in ea decuria viator esto || item uti ceteri ejus decuriae viatores erunt; quamque in quisque decuriam ita praeco lectus erit, is in ea decuria praeco esto ita uti ceteri ejus decuriae praecones erunt; sirempsque iis viatoribus deque iis viatoribus quaestoriis omnium rerum jus lexque esto, quasi || si ii viatores in eam decuriam in III viatoribus antea lecti sublecti essent. Quam in quisque decuriam eorum ex hac lege viator lectus erit, sirempsque iis praeconibus, deque iis praeconibus quaestori omnium rerum jus lexque esto, quasi si ii praecones in eam decuriam in III praeconibus antea lecti sublecti || essent, quam in quisque decuriam eorum ex hac lege praeco lectus erit.

Quoscunque quaestores ex lege plebisve scito viatores legere sublegere oportebit, ii quaestores eo jure ea lege viatores IV legunto sublegunto, quo jure qua lege || qui nunc sunt viatores III legerunt sublegerunt; quosque cunque quaestores ex lege plebisve scito praecones legere sublegere oportebit, ii quaestores eo iure ea lege praecones IV legunto sublegunto, quo jure qua lege quaestores qui nunc sunt praecones III legerunt sublegerunt, dumne quem || in iis viatoribus praeconibus legundis sublegundis in ejus viatoris praeconis locum viatorem praeconem legant sublegant, cujus in locum per leges plebisve scita viatorem praeconem legi sublegi non licebit; itaque de iis IV viatoribus quaestor quicunque erit viatores sumito || habeto, uti ante hanc legem rogatam de III viatoribus viatores habere sumere soliti sunt; itaque de iis IV praeconibus quaestor quicunque erit praecones sumito habeto, uti ante hanc legem rogatam de III praeconibus praecones habere sumere soliti sunt. Itemque iis viatoribus || praeconibus, qui ex hac lege lecti erunt, vicarium dare

subdere jus esto licetoque, uti ceteris viatoribus praeconibus, qua in quisque decuria est, vicarium dare subdere jus erit licebitque; itemque quaestores ab iis vicarios accipiunto, uti a ceteris viatoribus praeconibus vicarios accipi || oportebit.

Viatores praecones, qui ex hac lege lecti sublecti erunt, iis viatoribus praeconibus magistratus prove mag. mercedis item tantundem dato, quantum ei viatori praeconi dari oporteret, si is viator de III || viatoribus isque praeco de III praeconibus esset, qui ante hanc legem rogatam ut legerentur instituti sunt.

Quas in decurias viatorum praeconum consul ex hac lege viatores praecones legerit, quorum viatorum || praeconum nomina in iis decuriis ad aedem Saturni in pariete intra caveas proxime ante hanc legem . . . .

VI. Lex Rubria de Gallia Cisalpina [1]).

. . . jussum judicatumve erit, id ratum ne esto; quodque quisquecunque de ea re decernet interdicetve sive sponsionem fieri judicarive jubebit judiciumve quod de ea re dabit, is in id decretum interdictum sponsionem judicium exceptionem || addito addive jubeto: »Qua de re operis novi nuntiationem IIvir IVvir praefectusve ejus municipii non remiserit.«

Cap. XX.

Qua de re quisque, et a quo, in Gallia Cis-Alpina damni infecti ex formula restipulari satisve accipere volet, et ab eo qui ibi jus dicet postulaverit, idque non *calumniae causa* se facere juraverit: tum is, quo || de ea re in jus aditum erit, eum, qui in jus eductus erit, de ea re ex formula repromittere et, si satisdari debebit, satisdare jubeto decernito.

Qui eorum ita non repromiserit aut non satisdederit, si quid interim damni datum factumve ex ea re aut ob e*am rem* eove nomine erit, quam ob rem, ut damni infecti repromissio || satisvedatio fieret, postulatum erit: tum mag*istratus* provemag*istratu* IIvir IVvir praefectusve, quocunque de ea re in jus aditum erit, de ea re ita jus dicito judicia dato judicarique jubeto cogito, proinde atque si

1) A. inc. 705—711. E tabula aenea, quae prope Placentiam a. 1760 reperta Parmae asservatur. Ritschel, legis Rubriae pars superstes. *(Cum accuratissimo quod nos dicimus Facsimile.)* 1851. Haubold, 144. Zell, 277. Rud. 1, 34. 215. Cf. Savigny, vermischte Schriften. 3, 319. 377.

de ea re, quum ita postulatum esset, damni infecti ex formula recte repromissum satisvedatum esset.

De ea re quod ita judicium || datum judicareve jussum judicatumve erit, jus ratumque esto, dum in ea verba, si damni infecti repromissum non erit, judicium det itaque judicare jubeat: »*Judex esto.* si, antequam id judicium *qua de re agitur* factum est, Q. Licinius damni infecti eo nomine *qua de re agitur* eam stipulationem, quam is qui Romae inter peregrinos || jus dicet in albo propositam habet, L. Seio repromisisset: tum, quidquid eum Q. Licinium ex ea stipulatione L. Seio *dare facere* oporteret ex *fide bona, dum taxat* sestertios . . . *ejus judex* Q. Licinium L. Seio, si ex decreto IIviri IVviri praefective Mutinensis, quod ejus is IIvir IVvir praefectusve ex lege Rubria, sive id *plebiscitum* est, decreverit, Q. Licinius eo || nomine qua de re agitur L. Seio damni infecti repromittere noluit, *condemnato; si non paret absolvito*«[1]*;*

aut si damni infecti satisdatum non erit, in ea verba judicium det: »*Judex esto.* si, antequam id judicium *qua de re agitur* factum est, Q. Licinius damni infecti eo nomine qua de re agitur ea stipulatione, quam is qui Romae inter peregrinos jus dicet || in albo propositam habet, L. Seio satis dedisset: tum, *quidquid* eum Q. Licinium ex ea stipulatione L. Seio *dare facere* oporteret ex *fide bona, dum taxat* HS . . . *ejus judex* Q. Licinium L. Seio, si ex decreto IIviri IVviri praefective Mutinensis, quod eius is IIvir IVvir praefectus ex lege Rubria, sive id *plebis scitum* est, decreverit, Q. Licinius eo nomine *qua de re agitur* || L. Seio damni infecti satisdare noluit, *condemnato; si non paret, absolvito;*«

dum IIvir IVvir *juri dicundo* praefectusve de ea re jus ita dicat curetque, ut ea nomina et municipium colonia locus in eo judicio, quod ex iis quae proxime *scripta sunt* accipietur, includantur concipiantur, quae includi concipi *sine dolo malo* oportebit, (debebitve,) ne quid || ei, qui de ea re aget petetve, captioni ob eam rem aut eo nomine esse possit;

neve ea nomina, qua in earum qua formula quae *supra scripta sunt*, aut »Mutina« in eo judicio includi concipi curet, nisi ii, quos inter id judicium accipietur lisve contestabitur, iis nominibus fuerint, quae in earum qua formula *supra scripta sunt,* || et nisi si Mutinae ea res agetur;

---

1) De hac formula v. Huschke, Gajus. 1855. p. 203 seqq.

neve quis mag*istratus* provemag*istratu*, neve quis, pro quo imperio potestateve erit, intercedito, neve quid aliud facito, quo minus de ea re ita judicium detur judiceturque.

Cap. XXI.

A quocunque pecunia certa credita, signata forma p*ublica* p*o*-*puli* R*omani*, in eorum quo *oppido* m*unicipio colonia* p*raefectura* f*oro* v*ico conciliabulo castellove*, quae sunt eruntve in Gallia Cisalpina, petetur, quae res non pluris HS XV millia erit, si is eam pecuniam in jure apud eum, qui ibi j*uri* d*icundo* p*raeerit*, ei qui || eam petet, aut ei cujus nomine ab eo petetur, d*are* o*portere* debereve se confessus erit, neque id quod confessus erit solvet satisve faciet, aut se sponsione judicioque uti oportebit non defendet, sive is ibi d*e* e*a* r*e* in jure non responderit, neque de ea re sponsionem faciet neque judicio uti oportebit se defendet: tum de eo, a quo ea pecunia petita erit, deque eo, cui eam || pecuniam d*are* o*portebit*, *sirem*ps res lex jus causaque o*mnibus* o*mnium* r*erum* esto, atque uti esset esseve oporteret, si is, qui ita confessus erit aut de ea re non responderit aut se sponsione judicioque uti oportebit non defenderit, ejus pecuniae ei, qui eam suo nomine petierit cuive eam d*are* o*portebit*, ex judiciis datis, judicareve recte jussis, jure lege damnatus esset fuisset.

Quique cunque || IIvir IVvir praefectusve ibi j*uri* d*icundo* praeerit, is eum, qui ita quid confessus erit neque id solvet satisve faciet, eumve, qui se sponsione judiciove uti oportebit non defenderit aut in jure non responderit neque id solvet satisvefaciet, t*antae* p*ecuniae*, quanta ea pecunia erit de qua tum inter eos ambigetur, dunt*axat* HS XV millia *sine* f*raude sua* duci jubeto; quique eorum quem, ad quem || ea res pertinebit, duxerit, id ei fraudi poenaeve ne esto; quodque ita factum actum jussum erit, id jus ratumque esto.

Quo minus in eum, qui ita vadimonium Romam ex decreto ejus, qui ibi j*uri* d*icundo* p*raeerit*, non promiserit aut vindicem locupletem ita non dederit, ob e*am* r*em* judicium recup*eratorium* is, qui ibi j*uri* d*icundo* p*raeerit*, ex h*ac* l*ege* det judicarique de ea re ibi curet, ex h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Cap. XXII.

A quo quid praeter pecuniam certam creditam, signatam forma p*ublica* p*opuli* R*omani*, in eorum quo o*ppido* m*unicipio colonia* p*raefectura* f*oro* v*ico conciliabulo castellove*, quae sunt eruntve

in Gallia cis Alpes, petetur, quodve cum eo agetur, quae res non pluris HS XV millia erit, et si ea res erit, de qua re omni pecunia ibi jus dici judiciave dari ex h*ac* l*ege* d*ebebit* o*portebit*, si is eam rem, quae ita ab eo petetur deve ea re cum eo agetur, ei, qui eam || petet deve ea re aget, aut ei, cujus nomine ab eo petetur cumque eo agetur in jure, apud eum, qui ibi j*uri* d*icundo* p*raeerit*, d*are* f*acere* p*raestare* restituereve oportere aut se debere, ejusve eam rem esse aut se eam habere, eamve rem de qua arguetur se fecisse, obligatumve se ejus rei noxiaeve esse, confessus erit dixeritve, neque de ea re satis uti oportebit faciet, aut, si sponsionem fieri oportebit, sponsionem || non faciet, non restituet, neque se judicio uti oportebit defendet, aut si de ea re in jure nihil responderit, neque de ea re se judicio uti oportebit defendet: tum de eo, a quo ea res ita petetur cumve eo de ea re ita agetur, deque eo, cui eam rem dari fieri praestari restitui satisve de ea re fieri oportebit, || s*iremps* l*ex* r*es* j*us* c*ausaque* o*mnibus* o*mnium* r*erum* esto, atque uti esset esseve oporteret, si is, qui ita quid earum rerum confessus erit aut de ea re non responderit neque se judicio uti oportebit defenderit, de iis rebus Romae apud pr*aetorem* eumve, qui de iis rebus Romae j*uri* d*icundo* praeesset, in jure confessus esset aut ibi de ea re nihil respondisset aut judicio se non defendisset.

Pr*aetorque*, isve qui de ea re Romae j*uri* d*icundo* p*raeerit*, in eum || et in heredem ejus de iis rebus omnibus ita jus dicito decernito, eosque duci bona eorum possideri proscribive venireque jubeto, ac si is heresve ejus de ea re in jure apud pr*aetorem*, eumve qui Romae j*uri* d*icundo* praeesset, confessus esset aut de ea re nihil respondisset neque se judicio uti oportuisset || defendisset; dum ne quis de iis rebus nisi pr*aetor*, isve qui Romae j*uri* d*icundo* p*raeerit*, eorum cujus bona possideri proscribi venire, ducique eum, jubeat.

Cap. XXIII.

Quicunque in eorum quo o*ppido* m*un*. c*o*. p*rae*. fo. vi. co. c*astello*ve, quae in Gallia Cisalpina sunt erunt, j*uri* d*icundo* p*raeerit*, is inter eos, qui de familia || herciscunda dividunda judicium sibi dari reddive, in eorum quo oppido mu. co. prae. for. vi. co. castellove, quae *supra scripta sunt*, postulaverint, ita jus dicito decernito judicia dato judicare jubeto, uti in eo oppido mu. co. prae. fo. vi. co. castellove, in quo is, cujus . . .

VII. Lex Julia municipalis. (Tabula Heracleensis.) [1]

Cap. I.

Quem hac lege ad consulem profiteri oportebit, si is quum eum profiteri oportebit Romae non erit, tum qui ejus negotia curabit, is eadem omnia, quae eum, cujus negotia curabit, si Romae esset hac lege profiteri oporteret, item iisdemque diebus ad consulem profitemino.

Quem hac lege ad consulem profiteri oportebit, si is pupillus sive ea pupilla erit, tum qui ejus pupilli pupillaeve tutor erit item eademque || omnia in iisdem diebus ad consulem profitemino, ita uti et quae quibusque diebus eum eamve, si pupillus pupillave non esset, hac lege profiteri oporteret.

Si consul, ad quem hac lege professiones fieri oportebit, Romae non erit, tum is, quem profiteri oportebit, quod eum profiteri oportebit, ad praetorem urbanum, aut si is Romae non erit, ad eum praetorem, qui inter peregrinos jus dicet, profitemino, ita uti eum ad consulem, si tum Romae esset, hac lege profiteri oporteret. || Si ex iis consulibus et praetoribus, ad quos hac lege professiones fieri oportebit, nemo eorum Romae erit, tum is, quem profiteri oportebit, quod eum profiteri oportebit ad tribunum plebis profitemino, ita uti eum ad consulem praetorem urbanum eumve qui inter peregrinos jus dicet, si tum Romae esset, hac lege profiteri oporteret.

Quod quemquem hac lege profiteri oportebit, is, apud quem ea professio fiet, ejus qui profitebitur nomen, et ea quae professus erit, et quo die professus sit, in tabulas publicas referenda curato, eademque omnia, quae utique in tabulas || retulerit, ita in tabulam in album referenda, idque apud forum, et, quum frumentum populo dabitur, ibi ubi frumentum populo dabitur, quotidie majorem partem diei propositum habeto, unde de plano recte legi possit.

Quicunque frumentum populo dabunt dandumve curabit, ne cui eorum, quorum nomina hac lege a consule praetore tribuno plebis

---

1) A. 709. E II tabulis aeneis, quae prope antiquam Heracleam a. 1732 repertae nunc in unam conglutinatae Neapoli asservantur. Marezoll, fragm. leg. Rom. in tab. Heracl. 1816. Dirksen, observ. ad tab. Heracl. partem alteram (Aes Neapolit.) 1817. Idem, Bemerk. üb. d. erste Hälfte (aes Britann.) d. Taf. v. Heracl. 1820. (Civil. Abhandl. 2, 144.) Göttling, 59. Haubold, 98. Zell, 262. Rud. 1, 34. 215. Cf. Savigny, vermischte Schriften 3, 279.

in tabula in albo proposita erunt, frumentum dato neve dare jubeto neve sinito.

Qui adversus ea eorum cui frumentum dederit, is in tritici modium unum HS D populo dare damnas esto, ejusque pecuniae qui volet petitio esto.

Cap. II.

Quae viae in urbe Roma, propiusve urbem Romam passus
20. mille, || ubi continenti habitabitur, sunt erunt, cujus ante aedificium earum quae viae erunt, is eam viam arbitratu ejus aedilis, cui ea pars urbis hac lege obvenerit, tueatur; isque aedilis curato, ut, quorum ante aedificium erit, quamque viam hac lege quemque tueri oportebit, ii omnes eam viam arbitratu ejus tueantur, neve eo loco aqua consistat, quo minus commode populus ea via utatur.

Aedilis curulis aedilis plebis, qui nunc sunt, quicunque post hanc legem facti creati erunt eumve magistratum inierint, ii in diebus
25. V proximis, || quibus ei magistratui designati erunt eumve magistratum inierint, inter se paranto aut sortiunto, qua in parte urbis quisque eorum vias publicas in urbe Roma, propiusve urbem Romam passus mille, reficiundas sternendas curet, ejusque rei procurationem habeat. Quae pars cuique aedili ita hac lege obvenerit, ejus aedilis in iis locis, quae in ea parte erunt, viarum reficiendarum tuendarum procuratio esto, uti hac lege oportebit.

Quae via prope aedem sacram item aedificium locumve publicum
30. et inter aedificium privatum est erit, ejus || viae partem dimidiam is aedilis, cui ea pars urbis obvenerit, in qua parte ea aedes sacra erit sive aedificium publicum sive locus publicus, tuendam locato.

Quemcunque ante suum aedificium viam publicam hac lege tueri oportebit, qui eorum eam viam arbitratu ejus aedilis, cujus oportuerit, non tuebitur, eam viam aedilis, cujus arbitratu eam tueri oportuerit, tuendam locato; isque aedilis diebus ne minus X, antequam locet, apud forum ante tribunale suum propositum habeto,
35. quam || viam tuendam et quo die locaturus sit, et quorum ante aedificium ea via erit; iisque, quorum ante aedificium ea via erit, procuratoribusve eorum domum denuncietur facito, se eam viam locaturum, et quo die locaturus sit; eamque locationem palam in foro per quaestorem urbanum, eumve qui aerario praeerit, facito. Quanta pecunia eam viam locaverit, tantae pecuniae eum eosve, quorum ante aedificium ea via erit, pro portione quantum cuiusque

ante aedificium viae in longitudine et in latitudine erit, quaestor urbanus, quive aerario praeerit, in tabulas || publicas pecuniae factae referendum curato. Ei, qui eam viam tuendam redemerit, tantae pecuniae eum eosve attribuito sine dolo malo. Si is, qui attributus erit, eam pecuniam diebus XXX proximis, quibus ipse aut procurator ejus sciet attributionem factam esse, ei, cui attributus erit, non solverit neque satis fecerit, is quantae pecuniae attributus erit, tantam pecuniam et ejus dimidium ei, cui attributus erit, dare debeto, inque eam rem is, quocunque de ea re aditum erit, judicem judiciumque ita dato, uti de pecunia credita *judicem* || judiciumque dari oportebit.

Quam viam hac lege tuendam locari oportebit, aedilis, quem eam viam tuendam locare oportebit, is eam viam per quaestorem urbanum, quive aerario praeerit, tuendam locato, uti eam viam arbitratu ejus, qui eam viam locandam curaverit, tueatur. Quanta pecunia ita quaeque via locata erit, tantam pecuniam quaestor urbanus, quive aerario praeerit, redemtori, cui e lege locationis dari oportebit, heredive ejus dandam attribuendam curato.

Quo minus aediles et IVviri viis in urbe purgandis, IIviri viis extra propiusve urbem Romam passus mille purgandis, quicunque erunt, vias publicas purgandas curent ejusque rei potestatem habeant, ita uti legibus pl*ebisve scitis senatusve consultis* oportet oportebit, eorum h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Cujus ante aedificium semita in loco erit, is eam semitam, ei aedificio perpetuo lapidibus perpetuis integris continentem, constratam recte habeto arbitratu ejus aedilis, cujus in ea parte hac lege viarum || procuratio erit.

Cap. III.

Quae viae in urbe Roma sunt erunt intra ea loca, ubi continenti habitabitur, ne quis in iis viis post Cal. Januar. primas plostrum interdiu post solem ortum, neve ante horam decimam diei, ducito agito, nisi quod aedium sacrarum deorum immortalium causa aedificandarum, operisve publice faciundi causa, advehi portari oportebit, aut quod ex urbe exve iis locis earum rerum, quae publice demoliendae locatae erunt, publice || exportari oportebit, et quarum rerum causa plostra hac lege certis hominibus certis de causis agere ducere licebit. Quibus diebus virgines Vestales regem sacrorum flamines plostris in urbe sacrorum publicorum populi Romani causa vehi oportebit, quaeque plostra triumphi causa, quo die quisque triumphabit,

duci oportebit, quaeque plostra ludorum, qui Romae aut urbi Romae publice fient, inve pompam ludis circensibus duci agi opus || erit: quove minus earum rerum causa iisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur agantur, eorum h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quo minus ea plostra, inania aut stercoris exportandi causa, post solem ortum horis X diei bobus jumentisve juncta in u*rbe* R*oma* et ab u*rbe* R*oma* p*assus* m*ille* esse liceat, eorum h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Cap. IV.

Quae loca publica porticusque publicae in u*rbe* R*oma* p*ropriusve* u*rbem* R*omam* p*assus* m*ille* sunt erunt, quorum locorum cujusque porticus aedilium eorumve magistratuum, qui viis locisque publicis u*rbis* R*omae* p*ropius*ve u*rbem* R*omam* p*assus* m*ille* purgandis praeerunt, legibus || procuratio est erit, ne quis in iis locis inve iis porticibus quid inaedificatum inmolitumve habeto, neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod septum clausumve habeto, quo minus iis locis porticibusque populus utatur pateantve, nisi quibus utique legibus pl*ebisve*sc*itis* s*enatusve* c*onsultis* concessum permissumve est.

Quibus locis ex lege locationis, quam censor aliusve quis magistratus publicis vectigalibus ultrove tributis fruendis tuendisve dixit dixerit iis, qui ea fruenda tuendave conducta habebunt, ut uti frui liceat [1] *et ut ea ab* iis custodiantur, cautum *est: ii quo minus* iis locis utantur fruantur, ita uti cuique eorum ex lege locationis iisdem uti frui licebit, e*x* h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Quos ludos quisque Romae propiusve urbem Romam passus mille faciet, quo minus ei eorum ludorum causa scenam pulpitum ceteraque, quae ad eos ludos opus erunt, in loco publico ponere statuere, iisque diebus quibus eos faciet loco publico uti || liceat, e*x* h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Qui scribae librarii magistratibus apparebunt, ii quo minus locis publicis, ubi is, cuicunque eorum apparebunt, jusserit, apparendi causa utantur, ex h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

Quae loca servis publicis a censore habitandi utendi causa attributa sunt, ii quo minus iis locis utantur, ex h*ac* l*ege* n*ihil* r*ogatur*.

---

1) Explicit prima tabula, aes Britannicum; incipit altera, aes Neapolitanum.

Cap. V.

Quicunque in municipiis coloniis praefecturis foris conciliabulis civium Romanorum IIviri IVviri erunt, aliove || quo nomine magistratum potestatemque suffragio eorum, qui cujusque municipii coloniae *etc.* erunt, habebunt: ne quis eorum quem in eo municipio colonia *etc.* in senatum decuriones conscriptosve legito neve sublegito neve cooptato neve recitandos curato, nisi in demortui damnative locum ejusve, qui confessus erit, se senatorem decurionem conscriptumve ibi hac lege esse non licere.

Cap. VI.

Qui minor annos XXX natus est erit, ne quis eorum post Cal. Januar. secundas in municipio colonia praefectura IIviratum IVviratum neve quem alium magistratum petito neve capito neve gerito, nisi qui eorum stipendia equo in legione tria, aut pedestria in legione sex, fecerit, quae stipendia in castris inve provincia majorem partem sui cujusque anni fecerit, aut bina semestria quae ei pro singulis annuis procedere oporteat, aut ei vacatio rei militaris legibus plebisvescitis exve foedere erit, quocirca eum invitum merere non || oporteat. Neve quis, qui praeconium dissignationem libitinamve faciet, dum eorum quid faciet, in municipio colonia praefectura IIviratum IVviratum aliumve quem magistratum petito neve capito neve gerito neve habeto, neve ibi senator neve decurio neve conscriptus esto, neve sententiam dicito. Qui eorum ex iis, qui supra scripti sunt, adversus ea fecerit, is HS L millia populo dare damnas esto, ejusque pecuniae qui volet petitio esto.

Cap. VII.

Quicunque in municipio colonia praefectura post Cal. Quinctiles primas comitia IIviris IVviris aliive cui magistratui || rogando subrogandove habebit, is ne quem, qui minor annis XXX natus est erit, IIvirum IVvirum, quive ibi alium magistratum habeat, renuntiato neve renuntiari jubeto, nisi qui stipendia equo in legione tria, aut stipendia pedestria in legione sex, fecerit, quae stipendia in castris inve provincia majorem partem sui cujusque anni fecerit, aut bina semestria quae ei pro singulis annuis procedere oporteat cum eo, quod ei legibus plebisvescitis procedere oportebit, aut ei vacatio rei militaris legibus plebisvescitis exve foedere || erit, quocirca eum invitum merere non oporteat, neve eum, qui praeconium dissignationem libitinamve faciet, dum eorum quid faciet, IIvirum IVvirum,

quive ibi magistratus sit, renuntiato, neve in senatum neve in decurionum conscriptorum numerum legito, neve sententiam rogato neve dicere neve ferre jubeto, sciens dolo malo. Qui adversus ea fecerit, is HS L millia populo dare damnas esto, ejusque pecuniae qui volet petitio esto.

Cap. VIII.

Quae municipia coloniae *etc.* civium Romanorum sunt erunt, ne quis in eorum quo municipio colonia || *etc.* in senatu decurionibus conscriptisque esto, neve cui ibi in eo ordine sententiam dicere ferre liceto: qui furti, quod ipse fecit fecerit, condemnatus pactusve est erit; quive judicio fiduciae pro socio tutelae mandati injuriarum deve dolo malo condemnatus est erit; quive lege Plaetoria ob eamve rem, quod adversus eam legem fecit fecerit, condemnatus est erit; quive depugnandi causa auctoratus est erit fuit fuerit; quive in jure *abjuravit* abjuraverit, bonamve copiam juravit juraverit; qui || sponsoribus creditoribusque suis renuntiavit renuntiaverit, se solidum solvere non posse, aut cum eis pactus est erit, se solidum solvere non posse; prove quo datum depensum est erit; cujusque bona ex edicto ejus, qui juri dicundo praefuit praefuerit, praeterquam si cujus quum pupillus esset reive publicae causa abesset neque dolo malo fecerit quo magis reipu*blicae causa abesset*, possessa proscriptave sunt erunt; quive judicio publico Romae condemnatus est erit, quocirca eum in Italia esse non liceat, neque in integrum restitutus est erit; quive in eo || municipio colonia *etc.* cujus erit, judicio publico condemnatus est erit; quemve calumniae praevaricationis causa accusasse fecisseve quod judicatum est erit; cuive apud exercitum ignominiae causa ordo ademtus est erit; quemve imperator ignominiae causa ab exercitu decedere jussit jusserit; quive ob caput civis Romani deferendum pecuniam praemium aliudve quid cepit ceperit; quive corpore quaestum fecit fecerit; quive lanistaturam artemve ludicram fecit fecerit; quive lenocinium faciet. Qui || adversus ea in municipio colonia *etc.* *in* decurionibus conscriptisve fuerit sententiamve dixerit, is HS L millia p*opulo* d*are* d*amnas* esto, ejusque pecuniae qui volet petitio esto.

Cap. IX.

Cui hac lege in municipio colonia *etc.* senatorem decurionem conscriptum esse, inque eo ordine sententiam dicere ferre non licebit, ne quis, qui in eo municipio colonia *etc.* senatum decuriones conscriptos habebit, eum in senatum decuriones conscriptos || ire jubeto

sciens d*olo* m*alo*; neve eum ibi sententiam rogato neve dicere neve ferre jubeto sciens dolo malo; neve quis, qui in eo municipio colonia *etc.* suffragio eorum maximam potestatem habebit, eorum quem ibi in senatum decuriones conscriptos ire, neve in eo numero esse neve sententiam ibi dicere ferreve, sinito sciens dolo malo; neve quis ejus rationem comitiis conciliove *habeto*, *neve* creatum esse renunciato; neve quis, qui ibi magistratum potestatemve habebit, eum cum senatu decurionibus conscriptis spectare, neve in convivivio || publico esse, sinito sc*iens* d*olo* m*alo*.

Cap. X.

Quibus hac lege in municipio colonia *etc.* in senatu decurionibus conscriptis esse non licebit, ne quis eorum in municipio colonia *etc.* IIviratum IVviratum aliamve quam potestatem, ex quo honore in eum ordinem perveniat, petito neve capito; neve quis eorum ludis, cumve gladiatores ibi pugnabunt, in loco senatorio decurionum conscriptorum sedeto neve spectato, || neve convivium publicum cum iis inito; neve quis, qui adversus ea creatus renuntiatus erit, ibi IIvir IVvir esto, neve ibi magistratum potestatemve habeto. Qui adversus ea fecerit, is HS L millia populo dare damnas esto, ejusque pecuniae qui volet petitio esto.

Cap. XI.

Quae municipia coloniae praefecturae civium Romanorum in Italia sunt erunt, qui in iis municipiis coloniis praefecturis maximum magistratum maximamve potestatem ibi habebit, tum, quum censor aliusve || quis magi*stratus* Romae populi censum aget, is diebus LX proximis, quibus sciet Romae censum populi agi, omnium municipum colonorum suorum quique ejus praefecturae erunt, qui cives Romani erunt, censum agito, eorumque nomina praenomina, patres aut patronos, tribus, cognomina, et quot annos quisque eorum habet, et rationem pecuniae, ex formula census, quae Romae ab eo qui tum censum populi acturus erit proposita erit, ab iis juratis accipito; eaque omnia in tabulas publicas sui || municipii referenda curato, eosque libros per legatos, quos major pars decurionum conscriptorum ad eam rem legari mitti censuerint tum cum ea res consuleretur, ad eos, qui Romae censum agent, mittito curatoque, ut, quum amplius dies LX reliqui erunt, antequam diem ii quicunque Romae censum agent finem populi censendi facient, eos adeant librosque ejus || municipii coloniae praefecturae edant; isque censor, sive quis alius magistratus censum populi aget, diebus V proximis, quibus legati ejus municipii

coloniae praefecturae adierint, eos libros census, qui ab iis legatis dabuntur, accipito sine dolo malo, exque iis libris, quae ibi scripta erunt, in tabulas publicas referenda curato, easque tabulas eodem loco, ubi ceterae tabulae publicae erunt in quibus census populi perscriptus erit, condendas curato. Qui pluribus in municipiis coloniis praefecturis domicilium habebit, et is Romae census erit, quo magis in municipio colonia praefectura hac lege censeatur, eorum hac lege nihil rogatur.

Cap. XII.

85. Qui lege plebisvescito permissus est fuit, ut leges in municipio fundano municipibusve ejus municipii daret, si quid is post hanc legem rogatam in eo anno proximo, quo hanc legem populus jusserit, ad eas leges addiderit commutaverit correxerit, municipes fundanos item teneto, uti oporteret, si eae res ab eo tum, quum primum leges iis municipibus lege plebisvescito dedit, ad eas leges additae commutatae correctae essent, neve quis intercedito neve quid facito, quo minus ea rata sint, quove minus municipes fundanos teneant iisque obtemperetur.

VIII. Lex Mamilia Roscia Peducaea Alliena Fabia [1]).

Cap. III.

Quae colonia hac lege deducta quodve municipium praefectura forum conciliabulum constitutum erit, qui ager intra intra fines eorum erit, qui termini in eo agro statuti erunt, quo in loco terminus non stabit, in eo loco is, cujus is ager erit, terminum restituendum curato, uti quod recte factum esse volet; idque magistratus, qui in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo jure dicundo praeerit, facito ut fiat.

Cap. IV.

Qui limites decimanique hac lege deducti erunt, quacumque fossae limites in eo agro erunt, qui ager hac lege cui datus assignatus erit, ne quis eos limites decimanosve obsepito, neve quid in iis molitum neve quid ibi oppositum habeto, neve eos arato, neve eas

1) Aet. inc. aut Caesaris aut Caligulae. Ex agrimensorum libris gromaticis. Die Schriften d. röm. Feldmesser, herausg. v. Blume, Lachmann u. Rudorff. 1, 263; 2, 221. 244. 415. Cf. L. 3. pr. D. 47, 21. Cic. de leg. 1, 21. Haubold, 166. Zell, 298. Rud. 1, 216.

fossas obturato, neve qui sepito, quominus suo itinere aqua ire fluere possit. Si quis adversus ea quid fecerit, in res singulas, quotienscumque fecerit, HS IV millia colonis municipibusve iis, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto, pecuniaeque qui volet petitio hac lege esto.

Cap. V.

Qui hac lege coloniam deduxerit, municipium praefecturam forum conciliabulum constituerit, in eo agro, qui ager intra fines ejus coloniae municipii fori conciliabuli praefecturae erit, limites decimanique ut fiant terminique statuantur, curato: quosque fines ita statuerit, ii fines eorum sunto, dum ne extra agrum colonicum territoriumve fines ducat. Quique termini hac lege statuti erunt, nequis eorum quem ejicito neve loco moveto sciens dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, is in terminos singulos, quos ejecerit locove moverit sciens dolo malo, HS V m*illia* n*umm*. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto; deque ea re curatoris, qui hac lege erit, jurisdictio reciperatorumque datio addictio esto. Cum curator hac lege non erit, tum quicumque magistratus in ea colonia municipio praefectura foro conciliabulo jure dicundo praeerit, ejus magistratus de ea re jurisdictio judicisque datio addictio esto; inque eam rem is, qui hac lege judicium dederit, testibus publice dumtaxat in res singulas X denuntiandi potestatem facito, ita ut e re publica fideque sua videbitur. Et si is, unde ea pecunia petita erit, condemnatus erit, eam pecuniam ab eo deve bonis ejus primo quoque die exigito; ejusque pecuniae quod receptum erit partem dimidiam ei dato, cujus unius opera maxime is condemnatus erit, partem dimidiam in publicum redigito. Quo ex loco terminus aberit, si quis in eum locum terminum restituere volet, sine fraude sua liceto facere, neve quid cui is ob eam rem hac lege dare damnas esto.

IX. Lex Quinctia de aquae ductibus [1].

T. Quinctius Crispinus cos. populum jure rogavit populusque jure scivit in foro pro rostris aedis divi Julii pridie Cal. Julias. Tribus Sergia principium fuit, pro tribu Sextus, Lucii filius, Varro.

---

1) A. 9 a. C. Ex Julii Frontini de aquae ductibus libro c. 129. (Ed. Dederich. 1855.) Haubold, 174. Zell, 300. Rud. 1, 216.

Quicunque post hanc legem rogatam rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem ducuntur, sciens dolo malo foraverit ruperit foranda rumpendave curaverit pejorave fecerit, quominus eae aquae earumve quaeque in urbem Romam ire cadere fluere pervenire duci possint, quove minus in urbe Roma et in iis aedificiis quae urbi continentia sunt erunt, in his hortis praediis locis quorum hortorum praediorum locorum dominis possessoribusve aqua data vel adtributa est vel erit, saliat distribuatur dividatur in castella lacus immittatur: is populo Romano C millia dare damnas esto; et qui clam quid eorum ita fecerit, id omne sarcire reficere restituere aedificare ponere et celere demolire damnas esto sine dolo malo; atque omnia, ita ut quicunque curator aquarum est erit, *aut* si curator aquarum nemo erit, tum is praetor, qui inter cives et peregrinos jus dicit, multa pignoribus cogito coerceto; eique curatori, aut si curator non erit, tum ei praetori eo nomine cogendi coercendi multae dicendae sive pignoris capiendi jus potestasque esto. Si quid eorum servus fecerit, dominus ejus HS centum millia populo det.

Si quis circa rivos specus fornices fistulas tubulos castella lacus aquarum publicarum, quae ad urbem Romam ducuntur et ducentur, terminatus steterit, ne quis in eo loco post hanc legem rogatam quid opponito molito obsepito figito statuito ponito collocato arato serito, neve in eum quid immittito, praeterquam eorum faciendorum reponendorum causa, quae hac lege licebit oportebit. Qui adversus ea quid fecerit, adversus eum siremps lex jus causaque omnium rerum omnibusque esto, atque uti esset esseque oporteret, si is adversus hanc legem rivum specum rupisset forassetve.

Quominus in eo loco pascere herbam fenum secare sentes prohibeant, per curatores aquarum, qui nunc sunt quique erunt, circa fontes et fornices et muros et rivos et specus terminatus arbores vites vepres sentes ripae maceria salicta arundineta tollantur excidantur effodiantur excodicentur, utique recte factum esse volent; eoque nomine iis pignoris capio multae dictio coercitioque esto, idque iis sine fraude sua facere liceat jus potestasque esto. Quominus vites arbores, quae villis aedificiis maceriisve inclusae sunt, maceriae, quas curatores aquarum causa cognita ne demolirentur dominis permiserunt, quibus inscripta insculptaque essent ipsorum qui permisissent curatorum nomina, maneant, hac lege nihilum rogatur.

Quominus ex iis fontibus rivis specibus fornicibus aquam sumere haurire iis, quibuscunque curatores aquarum permiserint, praeterquam rota calice machina liceat, dum neque puteus neque foramen novum fiat, ejus hac lege nihilum rogatur.

X. Lex de imperio Vespasiani [1]).

.... foedusve cum quibus volet facere liceat ita, uti licuit Divo Aug*usto*, Ti*berio* Julio Caesari Aug*usto*, Tiberioque Claudio Caesari Aug*usto* Germanico; utque ei senatum habere, relationem facere remittere, senatus consulta per relationem discessionemque facere liceat || ita, uti licuit divo Aug*usto*, Ti*berio* Jul. Caes. Aug., Tib. Claudio Caes. Aug. Germ.; utque cum ex voluntate auctoritateve jussu mandatuve ejus praesenteve eo senatus habebitur, omnium rerum jus perinde habeatur servetur, ac si e lege senatus edictus esset habereturque; || utque quos, magistratum potestatem imperium curationemve cujus rei petentes, senatui populoque romano commendaverit, quibusve suffragationem suam dederit promiserit, eorum comitiis quibusque extra ordinem ratio habeatur; utque ei fines pomerii proferre promovere, cum ex reipublica || censebit esse, liceat ita, uti licuit Tib. Claudio Caes. Aug. Germanico; utque quaecunque ex usu rei publicae, majestate divinarum humanarum publicarum privatarumque rerum, esse censebit, ei agere facere jus potestasque sit ita, uti divo Aug*usto*, Tiberioque Jul. Caes. Aug*usto*, || Tiberioque Claudio Caes. Aug. Germanico fuit; utque quibus legibus plebisve scitis scriptum fuit, ne divus Aug*ustus*, Tiberiusque Jul. Caes. Aug*ustus*, Tiberiusque Claudius Caes. Aug. Germ. tenerentur, iis legibus plebisque scitis Imp*erator* Caesar || Vespasianus solutus sit; quaeque ex quaque lege rogatione divum Aug*ustum*, Tiberiumve Jul. Caes. Aug*ustum*, Tiberiumve Claudium Caes. Aug. Germ. facere oportuit, ea omnia Imp*eratori* Caesari Vespasiano Aug*usto* facere liceat; utque quae ante hanc legem rogatam acta gesta || decreta imperata ab Imperatore Caesare Vespasiano Aug*usto* jussu mandatuque ejus a quoque sunt, ea perinde justa rataque sint, ac si populi plebisve jussu acta essent.

1) A. 70 p. C. E tabula aenea, quae Romae asservatur. Göttling, 20. Haubold, 221. Zell, 287. Rud. 1, 217.

Sanctio.

Siquis hujusce legis ergo adversus leges rogationes plebisve scita || senatusve consulta fecit fecerit, sive, quod eum ex lege rogatione plebisve scito senatusve consulto facere oportebit, non fecerit hujus legis ergo, id ei ne fraudi esto, neve quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio neve judicatio esto, neve quis de ea re apud se agi sinito.

XI. Lex municipalis Salpensana [1]).

Rubrica. Ut magistratus civitatem Romanam consequantur.

XXI. . . *Qui IIvir aedilis quaestor ex hac lege factus erit, cives Romani sunto, cum post annum magistratu* abierint, cum parentibus conjugibusque ac liberis, qui legitimis nuptiis quaesiti in potestate parentium fuerint, item nepotibus ac neptibus filio nat*is natabus,* qui quaeque in potestate parentium fuerint; dum ne plures *cives* R*omani* sint, qua*m* quod ex h*ac* l*ege* magistratus creare oportet.

R. Ut qui civitat*em* Romana*m* consequantur, maneant in eorundem m*ancipio* m*anu* potestate.

XXII. Qui quaeve ex h*ac* l*ege* exve edicto imp*eratoris* Caesaris Aug*usti* Vespasiani, imp*eratoris*ve Titi Caesaris Aug*usti,* aut imp*eratoris* Caesaris Aug*usti* Domitiani, p*atris* p*atriae,* civitatem Romana*m* consecutus consecuta erit: is ea in ejus, qui c*ivis* R*omanus* h*ac* l*ege* factus erit, potestate manu mancipio, cujus esse deberet si civitate Romana mutatus mutata non esset, esto, idque jus tutoris optandi habeto, quod haberet, si a cive Romano ortus orta neq*ue* civitate mutatus mutata esset.

R. Ut qui *civitatem* R*omanam* consequentur, jura libertorum retineant.

XXIII. Qui quaeve h*ac* l*ege* exve edicto imp*eratoris* Caes. Vesp*asiani* Aug., imp. Titi Caes. Vesp. Aug., aut imp. Caes. Domitiani

---

1) A. 82—84 p. C. E tabula aenea, quae prope Malacam a. 1851 reperta ibidem asservatur. **Mommsen**, d. Stadtrechte d. latin. Gemeinden Salpensa u. Malaga. 1855. Nachtrag 1855. **Laboulaye**, les tables de bronze de Malaga et de Salpensa. 1856. **Giraud**, les tables de Salp. et Mal. 1856. **Dernburg**, Krit. Zeitschr. 3, 74. **Zell**, suppl. 5. **Rud.** 1, 217.

Aug. *civitatem* R*omanam* consecutus consecuta erit: is in libertos libertasve suos suas paternos paternas, qui quae in c*ivitatem* R*omanam* non venerit, deque bonis eorum earum et iis, quae libertatis causa imposita sunt, idem jus eademque conditio esto, quae esset, si civitate mutat*us* mutat*a* non esset.

R. De praefecto imp*eratoris* Caesaris Domitiani Aug*usti.*

XXIV. Si ejus municipii decuriones conscriptive municipesve imp*eratori* Caesari Domitiano Aug. p*atri* p*atriae* IIviratum communi nomine municipum ejus municipii detuler*int*, imp*eratorq*ue Domitian*us* Caes. Aug. p*ater* p*atriae* eum IIviratum receperit et loco suo praefectum quem esse jusserit: is praefectus eo jure esto, quo esset si eum IIvir*um* j*ure* d*icundo* ex h*ac* l*ege* solum creari oportuisset, isque ex h*ac* l*ege* solus IIvir j*ure* d*icundo* creatus esset.

R. De jure praef*ecti*, qui a IIIviro relictus sit.

XXV. Ex IIviris qui in eo municipio j*ure* d*icundo* p*raeerunt*, uter postea ex eo municipio proficiscetur neque eo die in id municipium esse se rediturum arbitrabitur, quem praefectum municipii non minorem quam annorum XXXV ex decurionibus conscriptisque relinquere volet, facito ut is juret per Jovem et divum Aug*ustum* et divum Claudium et divum Vesp*asianum* Aug. et divum Titum Aug. et genium imp*eratoris* Caesaris Domitiani Aug. deosque Penates: »quae IIvirum, qui j*ure* d*icundo* p*raeest*, h*ac* l*ege* facere oporteat, se, dum praefectus erit, d*umtaxat* quae eo tempore fieri possint facturum, neque adversus ea facturum scientem d*olo* m*alo;*« et cum ita juraverit, praefectum eum ejus municipii relinquito. *E*i qui ita praefectus relictus erit, donec in id municipium alteruter ex IIviris adierit, in omnibus rebus id jus e*a*que potestas esto, praeterquam de praefecto relinquendo et de c*ivitate* R*omana* consequenda, quod jus quaeque potestas h*ac* l*ege* IIviris qui jure dicundo praeerunt datur. Isque dum praefectus erit quotiensque municipium egressus erit, ne plus quam singulis diebus abesto.

R. De Jurejurando IIvir*ûm* et aedil*ium* et q*uaestorum.*

XXVI. Duoviri qui in eo municipio j*ure* d*icundo* p*raesunt*, item aediles *qui* in eo municipio sunt, item quaestores qui in eo municipio sunt, eorum quisque in diebus V proximis post h*anc* l*egem* datam, quique IIvir*i* aediles quaestoresve postea ex h*ac* l*ege* creati

erunt, eorum quisque in diebus V proximis ex quo IIvir aedilis quaestor esse coeperit, priusquam decuriones conscriptive habeantur, juranto pro concione per Jovem et divum Aug*ustum* et divum Claudium et divum Vespasianum Aug. et divum Titum Aug. et genium Domitiani Aug. deosque Penates: »se, quodcumque ex h*ac* l*ege* exq*ue* re communi m*unicipum* m*unicipii* Flavii Salpensani censeat, recte esse facturum, ne*q*ue adversus h*anc* l*egem* remve commune*m* municipum ejus municipii facturum scientem d*olo* m*alo*, quosque prohibere possit prohibiturum, neque se aliter consilium habiturum neq*ue* aliter daturum neque sententiam dicturum, quam ut ex h*ac* l*ege* exque re communi municipum ejus municipii censeat fore.« Qui ita non juraverit, is *sestertium X millia* municipibus ejus municipii d*are* d*amnas* esto, ejusque pecuniae deque ea pecunia municipum ejus municipii *q*ui volet cuique per hanc legem licebit actio petitio persecutio esto.

R. De intercessione IIvir*ûm* et aedil*ium et* q*uaestorum.*

XXVII. Qui IIviri aut aediles aut quaestores ejus municipii erunt, his IIvir*is* inter se et cum aliquis alterutrum eorum aut utrumque ab aedile aedilibus aut quaestor*e* quaestoribus appellabit, item aedilibus inter se, *item quaestoribus inter se,* intercedendi in triduo proximo quam appellatio facta erit poteritque intercedi, quod ejus adversus h*anc* l*egem* non fiat et dum ne amplius quam semel quisque eorum in eadem re appelletur, jus potestasque esto, neve quis adversus ea qui*d,* quum intercessum erit, facito.

R. De servis apud IIvir*um* manumittendis.

XXVIII. Si quis municeps municipii Flavii Salpensani, qui Latinus erit, apud IIvir*os*, qui jure dicundo praeerunt ejus municipii, servum suum servamve suam ex servitute in libertate*m* manumiserit liberum liberamve esse jusserit, dum ne quis pupillus neve quae virgo mulierve sine tutore auctore quem quamve manumittat liberum liberamve esse jubeat: qui ita manumissus liberve esse jussus erit, liber esto, quaeque ita manumissa liberave *esse* jussa erit, libera esto, ut qui optim*o* jure latini libertini liberi sunt erunt; *d*um is qui minor XX annorum erit ita manumittat, si causam manumittendi justam esse is numerus decurionum, per quem decreta h*ac* l*ege* *facta* rata sunt, censuerit.

R. De tutorum datione.

XXIX. Cui tutor non erit incertusve erit, si is *ea*ve municeps municipii Flavii Salpensani erit, et pupilli pupillaeve non erunt, et ab IIviris, qui j*ure* d*icundo* p*raeerunt* ejus municipii, postulaverit, ut sibi tutorem det, *et* eum, quem dari volet, nominaverit: *t*um is, a quo postulatum erit, sive unum sive plures collegas habebit, de omnium collegarum sententia, qui tum in eo municipio intrave fines municipii ejus erit, causa cognita, si ei videbitur, eum qui nominatus erit tutorem dato. Si ver*o* is eave, cujus nomine ita postulatum erit, pupill*us* pupillave erit, sive is, a quo postulatum erit, non habebit collegam *collega*ve ejus in eo municipio intrave fines ejus municipii nemo erit: *t*um is, a quo ita postulatum erit, causa cognita in diebus X proximis ex decreto decurionum, quod cum duae partes decurionum non minus adfuerint factum erit, eum, qui nominatus erit, quo ne ab justo tutore tutela *a*beat, ei tutorem dato. Qui tutor h*ac* l*ege* datus erit, is ei, cui datus erit, quo ne ab justo tutore tutela *a*beat, tam justus tutor esto, quam si is *civis* R*omanus* et agnatus proximus *civis* R*omanus* tutor esset.

XII. Lex municipalis Malacitana [1]).

Rubrica. De nominatione candidatorum.

LI. Si ad quem diem professio fieri oportebit, nullius nomine aut pauciorum, quam tot quot creari oportebit, professio facta erit, sive ex his, quorum nomine professio facta erit, pauciores erunt quorum h*ac* l*ege* comitiis rationem habere oporteat, quam tot *quot* creari oportebit: tum is qui comitia habere debebit proscribito, ita u*t* de p*lano* r*ecte* l*ege* p*ossint,* tot nomina eorum, quibus per h*anc* l*egem* eum honorem petere licebit, quot deerunt ad eum numerum, ad quem creari ex h*ac* l*ege* oportebit. Qui ita proscripti erunt, ii, si volent, apud eum, qui ea comitia habiturus erit, singuli singulos ejusdem condition*is* nominanto, iique item, qui tum ab iis nominati erunt, si volent, singuli singulos apud eundem e*a*demque conditione nominanto; isque, apud quem ea nominatio facta erit, eorum omnium nomina proponito ita *ut* de p*lano* r*ecte* l*egi* p*ossint*, deque his omnibus item comitia habeto, perinde ac si eorum quoque nomine ex h*ac* l*ege* de petendo honore professio facta esset intra praesti-

1) Vide supra p. 68. n. 1.

tutum diem, petereque eum honorem sua sponte coepissent neque eo proposito destitissent.

R. De comitiis habendis.

LII. Ex II viris qui nunc sunt, item ex iis qui deinceps in eo municipio IIviri erunt, uter major natu erit, aut si ei causa quae inciderit *quominus* comitia habere possit, tum alter ex his comitia IIvir*is* item aedilibus item quaestoribus rogandis subrogandis h*ac* l*ege* habeto; utque ea distributione curiarum, de qua supra comprehensum est, suffragia ferri debebunt, ita per tabellam ferantur facito. Quique ita creati erunt, ii annum unum aut, si in alterius locum creati erunt, reliqua parte ejus anni in eo honore sunto, quem suffragiis erunt consecuti.

R. In qua curia incolae suffragia ferant.

LIII. Quicumque in eo municipio comitia IIviris item aedilibus item quaestoribus rogandis habebit, ex curiis sorte ducito unam, in qua incolae, qui cives R*omani* Latinive cives erunt, suffragi*um* ferant, iisque in ea curia suffragii latio esto.

R. Quorum comitiis rationem habere oporteat.

LIV. Qui comitia habere debebit, is primum IIvir*os* qui jure dicundo praesint ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h*ac* l*ege* cautum comprehensumque est, deinde proximo quoque tempore aediles item quaestores ex eo genere ingenuorum hominum, de quo h*ac* l*ege* cautum comprehensumque est, creandos curato; dum ne cujus comitiis rationem habeat qui IIviratum pet*et*, qui minor annorum XXV erit, quive intra quinquennium in eo honore fuerit; item qui aedilitatem quaesturamve petet, qui minor anno*rum* XXV erit, quive in earum qua causa erit, propter quam, si *civis* R*omanus* esset, in numero decurionum conscriptorumve eum esse non liceret.

R. De suffragio ferendo.

LV. Qui comitia ex h*ac* l*ege* habebit, is municipes curiatim ad suffragium ferendum vocato ita, ut uno vocatu omnes curias in suffragium vocet, eaeque singulae in singulis conseptis suffragium per tabellam ferant. Itemque curato, ut ad cistam cujusque curiae ex municipibus ejus municipii terni sint, qui ejus curiae non sint, qui suffragia custodiant diribeant, et ut ante quam id faciant quisque eorum juret: se rationem suffragiorum fide bona habiturum rela-

turumque. Neve prohibito, *quo minus* et qui honorem petent singulos custodes ad singulas cistas ponant. Iique custodes, ab eo qui comitia habebit item ab his positi qui honorem petent, in ea curia quisque eorum suffragium ferto, ad cujus curiae cistam custos positus erit, eorumque suffragia perinde justa rataque sunto ac si in sua quisque curia suffragium tulisset.

R. Quid de his fieri oporteat, qui suffragiorum numero pares erunt.

LVI. Is qui ea comitia habebit, uti quisque curiae cujus plura quam alii suffragia habuerit, ita priorem ceteris eum pro ea curia factum creatumque esse renuntiato, donec is numerus, ad quem creari oportebit, expletus sit. Qu*a* in curia totidem suffragia duo pluresve habuerint, maritum, quive maritorum numero erit, coelibi liberos non habenti qui maritorum numero non erit, habentem liberos non habenti, plures liberos habentem pauciores habenti, praeferto prioremque nuntiato ita, ut bini liberi post nomen impositum aut singuli puberes amissi virive potentes amissae pro singulis sospitibus numerentur. Si duo pluresve totidem suffragia habebunt et ejusdem conditionis erunt, nomina eorum in sortem conjicito, et uti cujusque nomen sorte ductum erit, ita eum priorem aliis renuntiat*o*.

R. De sortitione curiarum et iis, qui curiarum numero pares erunt.

LVII. Qui comitia h*ac* l*ege* habebit, is relatis omnium curiarum tabulis nomina curiarum in sortem conjicito, singularumque curiarum nomina sorte ducito, et ut cujusque curiae nomen sorte exierit, quos ea curia fecerit, pronuntiari jubeto; et uti quisque prior majorem partem numeri curiarum confecerit, eum, cum h*ac* l*ege* juraverit caveritque de pecunia communi, factum creatumque renuntiato, donec tot magistratus sint quot h*ac* l*ege* creari oportebit. Si totidem curias duo pluresve habebunt, uti supra comprehensum est de iis qui suffragiorum numero pares essent, ita de iis qui totidem curias habebunt facito, eademque ratione priorem quemque creatum esse renuntiato.

R. Ne quid fiat, quo minus comitia habeantur.

LVIII. Ne quis intercedito neve quid aliud facito, quo minus in eo municipio h*ac* l*ege* comitia habeantur perficiantur. Qui aliter adversus ea fecerit sciens d*olo* m*alo*, is in res singulas HS *X millia*

municipibus municipii Flavii Malacitani d*are* d*amnas* e*sto*, ejusque pecuniae deque ea pecuni*a* municipi ejus municipii qui volet cuique per h*anc* l*egem* licebit actio petitio persecutio esto.

R. De jure jurando eorum, qui majorem partem numeri curiarum expleverint.

LIX. Qui ea comitia habebit, uti quisque eorum, qui IIviratum aedilitatem quaesturamve petet, majorem partem numeri curiarum expleverit, priusquam eum factum creatumque renuntiet, jusjurandum adigito in concionem palam per Jovem et divum Augustum et divum Claudium et divum Vespasianum Aug. et divum Titum Aug. et genium imp*eratoris* Caesaris D*omitiani* Aug. deosque Penates: »eum qu*ae* ex h*ac* l*ege* facere oportebit facturum, neque adversus h*anc* l*egem* fecisse aut facturum esse scientem d*olo* m*alo*.«

R. Ut de pecunia communi municipum caveatur ab iis, qui IIviratum quaesturamve petent.

LX. Qui in eo municipio IIviratum quaesturamve petent quique propterea, quod paucio*rum* nomine quam oportet professio facta esset, nominatim in eam conditionem rediguntur, ut de his quoque suffragium ex h*ac* l*ege* ferri oporteat: quisque eorum, quo die comitia habebuntur, ante quam suffragium feratur, arbitratu ejus qui ea comitia habebit praedes in commune municipum dato, pecuniam communem eorum, quam in honore suo tractaverit, salvam iis fore. Si d*e* e*a* r*e* iis praedibus minus cautum esse videbitur, praedia subsignato arbitratu ejusdem. Isque ab iis praedes praediaque sine d*olo* m*alo* accipito, quoad recte cautum sit, uti quod recte factum esse volet. Per quem eorum, de quibus IIvirorum quaestorumve comitiis suffragium ferri oportebit, steterit, q*uo* m*inus* recte caveatur, ejus qu*i* comitia habebit rationem ne habeto.

R. De patrono cooptando.

LXI. Ne quis patronum publice municipibus municipii Flavii Malacitani cooptato patrociniumve cui deferto, nisi ex majoris partis decurionum decreto, quod decretum factum erit cum duae partes non minus adfuerint et jurati per tabellam sententiam tulerint. Qui aliter adversus ea patronum publice municipibus municipii Flavii Malacitani cooptaverit patrociniumve cui detulerit, is HS *X millia* n*ummûm* in publicum municipibus municipii Flavii Malacitani d*are* d*amnas* e*sto*; *et is*, qui adversus h*anc* l*egem* patronus cooptatus

cuive patrocinium delatum erit, ne magis ob eam rem patronus municipum municipii Flavii Malacitani esto.

R. Ne quis aedificia, quae restituturus non erit, destruat.

LXII. Ne quis in oppido municipii Flavii Malacitani quaeque ei oppido continentia aedificia erunt, aedificium detegito destruito demoliundumve curato, nisi decurionum conscriptorumve sententia cum major pars eorum adfuerit, quod restituturus intra proximum annum non erit. Qui adversus ea fecerit, is quanti e*a res* e*rit,* t*antam* p*ecuniam* municipibus municipii Flavii Malacitani d*are* d*amnas* e*sto*, ejusque pecuniae deque ea pecunia municipi ejus municipii qui volet cuique per hanc legem licebit actio petitio persecutio esto.

R. De locationibus legibusque locationum proponendis et in tabulas municipii referendis.

LXIII. Qui IIvir j*ure* d*icundo* p*raeerit,* vectigalia utroque tributa, sive quid aliud communi nomine municipum ejus municipii locari oportebit, locato. Quasque locationes fecerit quasque leges dixerit, quanti quid locatum sit et qui praedes accepti sint quaeque praedia subdita subsignata obligatave sint quique praediorum cognitores accepti sint, in tabulas communes municipum ejus municipii referantur facito, et proposita habeto per omne reliquum tempus honoris sui, ita ut d*e* p*lano recte* l*egi* p*ossint,* quo loco decuriones conscriptive proponenda esse censuerint.

R. De obligatione praedum praediorum cognitorumque.

LXIV. Quicunque in municipio Flavio Malacitano in commune municipum ejus municipii praedes facti sunt erunt, quaeque praedia accepta sunt erunt, quique eorum praediorum cognitores facti sunt erunt: ii omnes et quae cujusque eorum tum *fuerunt* erunt, cum praes cognitorve factus est erit, quaeque postea cum ii obligati esse coeper*unt* c*o*eperint, qui eorum soluti liberatique non sunt non erunt aut non sine d*olo* m*alo* sunt erunt, eaque omnia, *quae* eorum soluta liberataque non sunt non erunt aut non si*ne* d*olo* m*alo* sunt erunt, in commune municipum ejus municipii item obligati obligat*a*que sunto, uti ii e*ave* p*opulo* R*omano* obligati obligatave essent, si apud eos, qui Romae aerario praeessent, ii praedes iique cognitores facti eaque praedia subdita subsignata obligatave essent. Eosque praedes eaque praedia eosque cognitores, si quid eorum, in quae cognitores facti erunt, ita non erit, qui quaeve soluti liberati soluta

liberataque non sunt non erunt aut non sine d*olo* m*alo* sunt erunt, IIviris, qui ibi j*ure* d*icundo* praeerunt, ambobus alterive eorum ex decurionum conscriptorumque decreto, quod decretum cum eorum partes tertiae non minus quam duae adessent factum erit, vendere legemque his vendendis dicere jus potestasque esto; dum ea*m* legem iis rebus vendendis dicant, quam legem eos, qui Romae aerario praeerunt, e lege praediatoria praedibus praediisque vendendis dicere oporteret, aut, si lege praediatoria emptorem non inveniet, quam legem in vacuum vendendis dicere oporteret; et dum ita legem dicant, ut pecuniam in fore [1] municipii Flavii Malacitani referatur luatur solvatur. Quaeque lex ita dicta erit, justa rataque esto.

R. Ut jus dicatur e lege dicta praedibus et praediis vendundis.

LXV. Quos praedes quaeque praedia quosque cognitores IIviri municipii Flavii Malacitani h*ac* l*ege* vendiderint, de iis quicumque j*ure* d*icundo* p*raeerit,* ad quem de ea re in jus aditum erit, ita jus dicito judiciaque dato, ut ii, qui eos praedes cognitores ea praedia mercati erunt, praedes socii heredesque eorum i*i*que, ad quos ea res pertinebit, de iis rebus agere easque res petere persequi recte possint.

R. De multa, quae dicta erit.

LXVI. Multas in eo municipio a IIviris praefectove dictas, item ab aedilibus quas aediles dixisse se aput IIviros ambo alterve ex iis professi erunt, IIvir, qui j*ure* d*icundo* p*raeerit,* in tabulas communes municipum ejus municipii referri jubeto. Si cui ea multa dicta erit aut nomine ejus alius postulabit, ut de ea ad decuriones conscriptosve referatur, de ea decurionum conscriptorumve judicium esto. Quaeque multae non erunt injustae a decurionibus conscriptisve judicatae, eas multas IIviri in publicum municipum ejus municipii redigunto.

R. De pecunia communi municipum deque rationibus eorundem.

LXVII. Ad quem pecunia communis municipum ejus municipii pervenerit, heresve ejus isve ad quem ea res pertinebit, in diebus

---

1) Sic tabula. Momms.: *pecunia inde redacta in commune municipum.* Laboul.: *pecunia in foro.*

XXX proximis, quibus ea pecunia ad eum pervenerit, in publicum municipum ejus municipii eam referto. Quique rationes communes negotiumve quod commune municipum ejus municipii gesserit tractaverit, is, heresve ejus *isve* ad quem ea res pertinebit, in diebus XXX proximis, quibus ea negotia easve rationes gerere tractare desierit quibusque decuriones conscriptive habebuntur, rationes edito redditoque decurionibus conscriptisve cuive de his accipiendis cognoscendis ex decreto decurionum conscriptorumve, quod decretum factum erit cum eorum partes non minus quam duae tertiae adessent, negotium datum erit. Per quem steterit, q*uo* m*inus* ita pecunia redigeretur referretur quove minus ita rationes redderentur, is, per quem steterit q*uo* m*inus* rationes redderentur quove minus pecunia redigeretur referretur, heresque ejus isque ad quem ea res qua de agitur pertinebit, q*uanti* e*a* r*es* erit, tantum et alterum tantum municipibus ejus municipii d*are* d*amnas* e*sto*. Ejusque pecuniae deque ea pecunia municipum municipii Flavi Malacitani qui volet cuique per h*anc* l*egem* licebit actio petitio persecutio esto.

R. De constituendis patronis causae, cum rationes reddentur.

LXVIII. Cum ita rationes reddentur, IIvir, qui decuriones conscriptosve habebit, ad decuriones conscriptosve referto, quos placeat publicam causam agere, iique decuriones conscriptive per tabellam jurati d*e* e*a* r*e* decernunto, tum cum eorum partes non minus quam duae tertiae aderunt, ita ut tres, quos plurimi per tabellam legerint, causam publicam agant, iique qui ita lecti erunt tempus a decurionibus conscriptisve, quo causam cognoscant actionemque suam ordinent, postulanto, eoque tempore quod iis datum erit transacto, eam causam uti quod recte factum esse volet agunto.

R. De judicio pecuniae communis.

LXIX. Quod m*unicipum* m*unicipii* Flavii Malacitani nomine petetur ab eo, qui ejus municipii munic*eps* incolave erit, quodve cum eo agetur quod pluris *sestertios mille* sit neque tanti sit, ut *de ea re proconsulem jus dicere judiciaque dare ex hac lege oporteat: de ea re IIvir praefectusve, qui jure dicundo praeerit ejus municipii, ad quem de ea re in jus aditum erit, jus dicito judiciaque dato* . . . .

D. Senatus consulta.

I. SC. de Bachanalibus [1]).

Q. Marcius L. f. [2]), S. Postumius L. f. [2]), cos. senatum consoluerunt N. [3]) Octob. apud aedem Duelonai. Sc. arf. [4]) M. Claudi. M. f. [2]), L. Valeri. P. f. [2]), Q. Minuci. C. f. [2])

De bacanalibus quei foideratei esent ita exdeicendum censuere: neiquis eorum bacanal habuise velet; sei ques esent, quei sibei deicerent necesus ese bacanal habere, eeis utei ad pr. urbanum || Romam venirent, deque eeis rebus, ubei eorum verba audita esent, utei senatus noster decerneret, dum ne minus senatoribus C adesent *quom* ea res cosoleretur. Bacas vir nequis adiese velet ceivis Romanus neve nominus latini neve socium quisquam, nisei pr. urbanum adiesent, isque de senatuos sententiad, dum ne minus senatoribus C adesent quom ea res cosoleretur, jousisent, censuere. || Sacerdos nequis vir eset, magister neque vir neque mulier quisquam eset; neve pecuniam quisquam eorum comoinem *h*abuise velet; neve magistratum neve promagistratuo neve virum neque mulierem quiquam fecise velet; neve posthac inter sed conjourase neve comvovise neve conspondise neve conpromesise velet; neve quisquam fidem inter sed dedise velet; || sacra in oquoltod ne quisquam fecise velet; neve in poplicod, neve in preivatod, neve extrad urbem sacra quisqam fecise velet, nisei pr. urbanum adieset, isque de senatuos sententiad, dum ne minus senatoribus C adesent quom ea res cosoleretur, jousisent, censuere; homines plous V oinvorsei virei atque mulieres sacra ne quisquam || fecise velet, neve inter ibei virei plous duobus, mulieribus plous tribus arfuise velent, nisei de pr. urbani senatuosque sententiad, utei suprad scriptum est.

Haice utei in conventionid exdeicatis ne minus trinum noundinum, senatuosque sententiam utei scientes esetis, eorum sententia

---

1) A. 568 a. u. E tabula aenea, quae a. 1640 in Calabria reperta nunc Vindobonae asservatur. Göttling, 27. Haubold, 5. Zell, 288. Tabulae ipsius quod dicunt facsimile exhibet: Endlicher, catalogus codicum latin. bibl. Vindobon. 1, 1. Cf. Liv. 39, 8—19.

2) i. e. Lucii, Marci, Publii, Caji, filius.

3) i. e. Nonis.

4) i. e. scribendo adfuerunt.

ita fuit. Sei ques esent quei arvorsum ead fecisent, quam suprad || scriptum est, eeis rem caputalem faciendam censuere; atque utei hoce in tabolam ahenam inceideretis, ita senatus aiquom censuit, uteique eam figier joubeatis, ubei facilumed gnoscier potisit; atque utei ea bacanalia, sei qua sunt, extrad quam sei quid ibei sacri est, ita utei suprad scriptum est, in diebus X quibus vobeis tabelai datai || erunt, faciatis utei dismota sient in agro Teurano.

II. SCC. de aquaeductibus [1]).

1. Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus, coss. verba fecerunt, quosdam privatos ex rivis publicis aquam ducere, *quid de ea re fieri placeret, de ea re ita censuerunt:* ne cui privato aquam ducere ex rivis publicis liceret, utque omnes ii, quibus aquae ducendae jus esset datum, ex castellis ducerent; animadverterentque curatores aquarum, quibus locis intra extra urbem apte castella privati facere possent, ex quibus aquam ducerent, quam ex castello communem accepissent a curatoribus aquarum; neve cui eorum, quibus aqua daretur publica, jus esset intra L pedes ejus castelli, ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subjicere quam quinariam.

2. Quod Q. Aelius Tubero, Paulus Fabius Maximus, coss. verba fecerunt, aquarum, quae in urbem venirent, itinera occupari monumentis et aedificiis et arboribus conseri, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.: ad reficiendos rivos specusque et ea, per quae opera reipublicae corumpantur, placere, circa fontes et fornices et muros utraque ex parte vacuos XV pedes patere, et circa rivos qui sub terra essent, et specus intra urbem et extra urbem intra continentia aedificia, utraque ex parte V pedes vacuos relinqui, ita ut neque monumentum in his locis neque aedificium post hoc tempus ponere, neque conserere arbores liceret; si quae nunc essent arbores intra id spatium, exciderentur, praeterquam si quae villae continentes et inclusae aedificiis essent; si quis adversus ea commiserit, in singulas res poena HS X millia essent, ex quibus pars dimidia praemium accusatori daretur, cujus opera maxime convictus esset qui adversus hoc SC commisisset, pars autem dimidia in aerarium redigeretur; deque ea re judicarent cognoscerentque curatores aquarum.

---

1) A. 11. a. C. Ex Julii Frontini de aquaeductibus libro, c. 106. 127. Haubold, 170. Zell, 304. Rud. 1, 223.

III. SCC. de aedificiis non diruendis [1]).

1. Cn. Hosidio Geta, L. Vagellio coss. X. Kal. Octobr. SC.

Cum providentia optimi principis tectis quoque urbis nostrae et totius Italiae aeternitati prospexerit, quibus ipse non solum praecepto augustissimo sed etiam exemplo suo prodesset, conveniretque felicitati saeculi instantis proportione publicorum operum etiam privatorum custodia, deberentque abstinere se omnes cruentissimo genere negotiationis, nec inimicissimam paci faciem inducere ruinis domûm villarumque, placēre: siquis negotiandi causa emisset aliquod aedificium, ut diruendo plus adquireret quam quanti emisset, tum duplam pecuniam, qua mercatus eam rem esset, in aerarium inferri, utque de eo nihilo minus ad senatum referretur. Cumque aeque non oporteret malo exemplo vendere quam emere, ut venditores quoque coercerentur, qui scientes dolo malo contra hanc senatus voluntatem vendidissent, placēre: tales venditiones irritas fieri. Ceterum testari senatum, dominis nihil constitui, qui rerum suarum possessores futuri aliquas partes earum mutaverint, dum non negotiationis causa id factum sit, censuere. — In senatu fuerunt CCCLXXXIII. —

2. Q. Volusio, P. Cornelio coss. VI Non. Mart. SC.

Quod Q. Volusius, P. Cornelius verba fecerunt de postulatione necessariorum Alliatoriae, q. d. e. r. f. p., d. e. r. i. c.:

Cum SC, quod factum est Hosidio Geta A. Vagellio coss., clarissimis viris, ante d. X. K. Oct. auctore d. Claudio, cautum esset, ne quis domum villamve dirueret, quo plus sibi adquireret, neve quis negotiandi causa eorum quid emeret venderetve, poenaque in emtorem, qui adversus id SC fecisset, constituta esset haec, ut qui quicquid emisset duplum ejus quanti emisset in aerarium inferri cogeretur et ejus qui vendidisset irrita fieret venditio, de iis autem, qui rerum suarum possessores futuri aliquas partes earum mutassent, dummodo non negotiandi causa mutassent, nihil esset novatum; et necessarii Alliatoriae Celsillae, uxoris Altil. Luperci ornatissimi viri, exposuissent huic ordini, patrem ejus Alliatorium Celsum emisse fundos cum aedificiis in regione Mutinensi, qui vocarentur campi

1) A. 41—46. A. 56. p. C. E tabula aenea, quae Herculani saec. XVI effossa nunc temporis haud amplius exstat. Mommsen, Berichte 3, 272. Bachofen, ausgew. Lehren d. R. R. p. 187. Hänel, corp. leg. 45. 53. Haubold, 196. Zell, 293. suppl. 17. Rud. 1, 122. 223. Cf. L. 52. D. 18, 1.

Macri, in quibus locis mercatus agi superioribus solitus esset temporibus, jam per aliquod desisset haberi, eaque aedificia longa vetustutate dilaberentur neque refecta usui essent futura, quia neque habitaret in iis quisquam nec vellet in deserta ac ruentia commigrare: ne quid fraudi multae poenaeque esset Celsillae, si ea aedificia, de quibus in hoc ordine actum esset, aut demolita fuissent, aut ea conditione sive per se sive cum agris vendidisset, aut emptori sine fraude sua ea destruere tollereque liceret; in futurum autem admonendos caeteros esse, ut abstinerent se a tam foedo genere negotiation*is*, hoc praecipuo saeculo, quo excitari novari ornari universa, quibus felicitas orbis terrarum splenderet, magis convenire, quam ruinis aedificiorum ullam partem deformem Italiae reddi et adhuc retinere priorum temporum .... ita ut diceretur senectute actum .... censuere. In senatu fuerunt ....

E. Edicta imperatorum.

I. Edictum Augusti de aquaeductu Venafrano.

Dici*t* imp*erator* ... Caesar ... in oppid*um* Venafranorum ... qui rivi specus septa ... que aquae ducendae reficiendae causa supra infrave libram recte aedificati structi sunt, sive quod aliud opus ejus aquae ducendae reficiendae causa supra infrave libram factum est, uti quidquid earum rerum factum est, ita esse habere itaque || reficere reponere restituere resarcire semel saepius, fistulas canales tubos ponere, aperturam committere, sive quid aliud ejus aquae ducendae causa opus erit, facere placet; dum qui locus ager in fundo, qui Pa. *Vel*imni L. f. Ter. est esseve dicitur, et in fundo, qui L. Pompeji M. f. Ter. Sullae est esseve dicitur, maceria septus est, per quem locum subve quo loco || specus ejus aquae transit, ne ea maceria parsve quae ejus maceriae aliter diruatur moveatur, quam specus reficiendi aut inspiciendi causa, n*eve* q*uid* in *eo* p*ri*vati sit, quominus ea aqua ire fluere ducive possi*t*. *Per omnem*

1) A. inc. E monumento, quod Venafri muro insertum exstat. Mommsen, Zeitschr. 15, 287. (1850.) Henzen, coll. inscript. Orell. 3, 270. (1856.) Hänel, corp. leg. p. 267.

*f*undum de*x*tra sinistraque circa eum rivum circaque opera, quae ejus aquae ducendae causa facta sunt, VIII pedes agrum || vacuum esse placet; per quem locum Venafranis eive, qui Venafranorum *nom*ine fa*cit*, *lubeat* iter facere ejus aquae ducendae operumve ejus aquae*ductus facien*dorum reficiendorum, quod ejus sine dolo malo fiat, jus sit liceatque, quaeque earum rerum cujus faciendae reficiendae causa opus erunt, quo proxime poterit, advehere adferre adportare, quaeque inde exemta erunt, || quam maxime aequaliter dextra sinistraque ped. VIII jacere, dum ob eas res damni infecti jurato promittatur. Earumque rerum omnium ita habendarum IIviris Venafranis jus potestatemque esse placet, dum ne ob id opus dominus eorum cujus agri locive, per quem agrum locumve ea aqua is aquaeductus subit, invius fiat; neve ob id opus minus ex agro suo in partem agri || quam transire transferre transvertere recte possit; neve cui eorum, per quorum agros ea aqua ducitur, eum aquaeductum corrumpere abducere avertere facereve, quominus ea aqua in oppidum Venafranorum recte duci fluere possit, liceat.

Quaeque aqua in oppidum Venafranorum it fluit ducitur, eam aquam || distribuere discribere vendendi causa, aut ei rei vectigal imponere constituere, IIviro IIviris praefecto praefectis ejus coloniae ex majoris partis decurionum decreto, quod decretum ita factum erit cum in decurionibus non minus quam duae partes decurionum adfuerint, legemque ei dicere ex decreto decurionum, quod ita ut supra scriptum est decretum erit, jus || potestatemve esse placet; dum ne ea aqua, quae ita distributa discripta deve qua ita decretum erit, aliter quam fistulis plumbeis dumtaxat ab rivo ped. L ducatur; neve eae fistulae aut *(ad?)* rivos nisi sub terra, quae terra itineris viae publicae limitisve erit, ponantur collocentur; neve ea aqua per locum privatum invito eo, cujus is locus erit, ducatur. Quamque legem ei aquae tuendae || operibusve, quae ejus aquaeductus ususve causa facta sunt erunt, tuendis *IIviri praefecti* ex decurionum decreto, quod ita uti supra scriptum est factum erit, dixerint, *eam legem firmam* ratamque esse placet . . . .

. . . . cui ex decreto decurionum ita, ut supra comprehensum est, negotium datum erit, agent: eum, qui inter cives et peregrinos jus dicet, judicium reciperatorium in singulas res HS X reddere, testibusque duntaxat X denuntiandis *potestatem* facere, placet; dum reciperatorum rejectio inter eum qui aget et || eum quocum agetur

ita fie*t*, *ut e lege Julia*, quae de judiciis privatis lata est, licebit oportebit.

II. Edictum Honorii et Theodosii de conciliis a provincialibus Arelati habendis [1]).

Impp. Honorius et Theodosius AA. viro illustri Agricolae, praefecto Galliarum.

Saluberrima magnificentiae tuae suggestione inter reliquas reipublicae necessitates evidenter instructi, observanda provincialibus nostris, id est per septem provincias, mansura in aevum auctoritate decernimus, quod sperari plane ab ipsis provincialibus debuisset. Nam cum propter privatas ac publicas necessitates, de singulis civitatibus, non solum de provinciis singulis, ad examen magnificentiae tuae vel honoratos confluere vel mitti legatos, aut possessorum utilitas aut publicarum ratio exigat functionum: maxime opportunum et conducibile judicamus, ut, servata posthac quotannis singulis consuetudine, constituto tempore in metropolitana id est in Arelatensi urbe incipiant septem provinciae habere concilium. In quo plane tam singulis, quam omnibus in commune consulimus: primum, ut optimorum conventu, sub illustri praesentia praefecturae, si id tamen ratio publicae dispositionis obtulerit, saluberrima de singulis rebus possint esse consilia; tum quod, quicquid tractatum fuerit et discussis ratiociniis constitutum, nec latere notiores provincias poterit, et parem necesse est inter absentes aequitatis formam justitiaeque servari. Ac plane praeter necessitates publicas etiam humanae ipsi conversationi non parum credimus commoditatis accedere, quod in Constantina urbe jubemus annis singulis esse concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid usquam nascitur, illic commodius distrahatur. Neque enim ulla provincia ita peculiari fructus sui felicitate laetatur, ut non haec propria Arelatensis soli credatur esse foecunditas. Quicquid enim dives Oriens, quicquid odoratus Arabs, quicquid delicatus Assyrius, quod Africa fertilis, quod speciosa Hispania, quod fortis Gallia potest

---

1) A. 418 p. C. E libro auctoritatum ecclesiae Arelatensis. Haenel, Honorii const. de conventibus Arel. habendis. P. I. 1845. II. 1848. III. 1850. Corp. leg. p. 238. Haubold, 296. Zell, 340. Cf. Menn, die röm. Provinzial-Landtage. 1852.

habere praeclarum, ita illic affatim exuberat, quasi ibi nascantur omnia, quae ubique constat esse magnifica. Jam vero decursus Rhodani et terreni [1]) recursus necesse est, ut vicinum faciant ac paene conterminum vel quod iste praeterfluit, vel ille quod circuit. Quum ergo huic serviat civitati quicquid habet terra praecipuum, ad hanc velo remo vehiculo terra mari flumine deferatur, quicquid singulis nascitur: quemadmodum non multum sibi Galliae nostrae praestitum credant, cum in ea civitate praecipiamus esse conventum, in qua divino quodam munere commoditatum et commerciorum opportunitas tanta praestatur? Siquidem hoc, rationabili plane probatoque consilio, jam et vir illustris praefectus Petronius observari debere praeceperit; quod interpolatum, vel incuria temporum vel desidia tyrannorum, reparari solita prudentiae nostrae auctoritate decernimus, Agricola, parens carissime atque amantissime. Unde illustris magnificentia tua, et hanc praeceptionem nostram et priorem sedis suae dispositionem secuta, id per VII provincias in perpetuum faciet custodiri, ut ab Idibus Augusti, quibuscunque mediis diebus, in Idus Septembres in Arelatensi urbe noverint honorati vel possessores *vel* [2]) judices singularum provinciarum, annis singulis consilium esse servandum; ita ut de Novempopulana et secunda Aquitania, quae provinciae longius constitutae sunt, si earum judices certa occupatio retinuerit, sciant, legatos juxta consuetudinem esse mittendos. Qua provisione plurimum et provincialibus nostris gratiae nos intelligimus utilitatisque praestare, et Arelatensi urbi, cujus fidei secundum testimonia atque suffragia parentis patriciique nostri multum debemus, non parum adjicere nos constat ornatui. Sciat autem magnificentia tua, quinis auri libris judicem esse mulctandum, ternis honoratos vel curiales, qui ad constitutum locum intra definitum tempus venire distulerint.

Data XV. Kalend. Maias, accepta Arel. X. Kal. Junias, DD. NN. Honorio XII. et Theodosio VIII AA. coss.

---

1) Vel: *Tyrrheni,* vel: *Turoni.* Cf. Hänel, I. n. 47.

2) Deest in codd. mss. Hänel, n. 75.

Pars secunda.

N e g o t i a.

I. Mutuum.

Instrumentum mutui dationis in forma triptychi [1]).

Scriptura interior [2]).

Pag. 1. Denarios LX, q*ua* di*e* p*etierit*, p*robos* r*ecte* d*ari*, f*ide* rogavit Jul*ius* Alexander, f*ide* p*romisit* Alexander Gari*ccii*, et se eos denarios LX, q*ui supra scripti sunt*, mutuis numeratis accepisse et debere se dixit, et eorum usuras ex hac die in dies XXX ... dari Jul. Alexandro *eive*, a*d* qu*em ea res* pe*rtinebit*, f*ide* r*ogavit* Jul. Alexander, dari f*ide* p*romisit* Alexander Gariccii.

Pag. 2. Id fide sua esse jussit Titius Primitius d*e sorte supra scripta cum* u*suris recte* p*robe* s*olvendis.*

Act*um* Alb*urno* majori, XIII K*al.* Novembr. Rustico II et Aquilino coss.

Scriptura exterior [2]).

Den. sexag. . . . . petierat probis . . . . fide rogavit Julius Alexander dari fide pro*misit* Alexander Gariccii et cti . . . . q*ui* s*upra* s*cripti* s*unt* . . . numera*tis* acce*pisse* debere . . . sextin . .	*(Linum cum signis.)*	Vasidii Victoris Niconis Bajonis . . . Jovetii TITIVS PRIM ITIVS Alexandri Gariccii ipsius debit*oris*

1) A. 162. p. C. E tabellis ceratis, quae in aurifodina Transsilvana a. 1855 repertae Pestini asservantur. Detlefsen, Sitzungsber. d. Wiener Academie. 23, 601. (1857.) Arndts, Krit. Ueberschau. 6, 76. 438.

2) Pauli rec. sent. 5, 25. § 6.

II. Donatio.

1. Donatio Flavii Syntrophi [1].

T. Flavius Syntrophus, priusquam hortulos Epagathianos Daduc*hianos* . . . *ianosque* cum aedificio et vineis maceria clusis, ita ut instructi sunt, qui sunt via Labic*ana inter milliarium I et II* euntibus ab urbe parte laeva ad viam, Aïthali liberto suo mancipio daret, test*atus est*, se in hanc conditionem mancipare, ut infra scriptum est: Si tibi hortos Epagathianos Daduchianos . . . . *ianosque, quibus* de *agitur qui supra scripti sunt*, mancipio dedero vacuamque possessionem tradidero, tum per te *non fieri factumve iri neque per* heredem tuum eumve ad quem ea res qua de agitur pertinet pertinebit, quo minus ii *horti aedificiumve sit com*mune tibi cum conlibertis tuis utriusque sexus, qui a me testamento codicillisve *manumissi* [2] *erunt*, *cumque iis fru*aris; parique portione inter eos reditum ejus custodiatis ita, ut die parentali *meo, item XI. Kalendas Apriles die viola*tionis, item XII Kalendas Junias die rosationis, item III Kalendas Januarias die natali meo, *cum mortuus ero, tum ut* || quisque vestrum vivet quive ex vobis geniti erunt aut a quo vestrum quis ma*numissus erit, ad quem unum* pluresve portio similiter hujus loci aedificiive pertinebit, id ex formula supr*ascripta dividatis; et si quis* ibi inhabitare voluerit ex communi omnium consensu majorisve partis *eorum qui vivent, id ei liceat;* quae autem membra aedificii vacabunt, in reditu sint ita, ut huic volunta*ti meae satis fiat, tantumque* [3] impensae et quod ad tutelam aedificii opus erit, quod reliquom erit, inter *vos dividatur; et ita horti cum aedi*ficiis || instrumentoque omni, quod die mortis meae ibi habuero, usui vestro *deserviant, quamdiu vivetis.* Quive ex vobis novissimus morietur, eodem modo testamento suo *caveat, ut heredes ejus, quive* ex iis prognati erunt, aequaliter in familia nominis mei permanea*nt*, *eodemque quo vos jure sint.* Et ab hac re promissioneque dolus malus cujus vestrum, de quibus agitur, absit.

---

1) E monumento lapideo, cujus fragmentum Romae adhuc exstat. Huschke, T. Flavii Syntrophi instrumentum donationis ineditum. 1838. Mommsen, Berichte. 1, 288. Zell, 397. Rud. 1, 232.

2) Momms.: *nominati* vel: *honorati.*

3) Momms.: *pareatis, deductaque summa.*

Si adversus ea factum erit, quanti ea res erit tantam pecuniam dari, et amplius poenae nomine HS L m*illia* n*ummûm,* stipulatus est T. Flavius Syntrophus, || spopondit T. Flavius Aïthales libertus.

Tum hortulos cum aedificio *et vineis maceria clusis*, *ita ut* empti sunt et quae postea iis accesserunt, mancipio accepit T. Flavius Aïth*ales libertus de T. Flavio Syntropho HS* n*ummo* u*no*, libripende Ti. Claudio Phileto.

Antestatus est T. Flavium Theopom*pum, et in vacuam possessionem horto*rum, qui supra scripti sunt, ex causa supra scripta ire aut mittere jussit T. Flavius *Syntrophus T. Flavium Aïthalem libertum, seque* inde excessisse desiisseque possidere dixit, salva volu*ntate sua si ossa sepulcris, quae sunt in illis* [1]) || hortis, inferri consacrarive voluerit. Actum III . . . coss. *Nomina testium:* M. Clodii Saturnini, A. Cascellii, F. Flavii Pii, T. St . . . ., *Flavii Theopompi antestati, et* Ti. Claudii Phil*eti libripendis.*

2. Donatio Statiae Irenes [2]).

Monumentum, quod est via triumphali inter milliarium secundum et tertium euntibus ab urbe parte laeva in clivo Cinnae, et est in agro Aurelii Primiani fictoris Pontificum c*alatoris curiati* v*irginum* v*estalium*, et appellatur Terentianorum, juxta monumentum Claudii quondam Proculi et si qui alii affines sunt et qua quemque tangit et populum, Statia Irene, jus trium liberorum habens, M. Licinio Timotheo donationis mancipationisque causa HS n*ummo* u*no* mancipio dedit, libripende Claudio Dativo, antestato Cornelio Victore; eique vacuam possessionem monumenti *supra scripti* cessit, et ad id monumentum itum aditum ambitum adque *(atque? aquae?)* haustum, coronare, vesci, mortuum mortuam mortuosve ossa*ve* inferre ut liceat. Quod mihi Licinio Timotheo tu Statia Irene j*us* l*iberorum* h*abens* monumentum supra scriptum HS n*ummo* u*no* mancipio dedisti, de ea re dolum abesse abfuturumque esse a te herede tuo et ab his omnibus ad quos ea res pertinebit, haec sic recte dari fieri praestarique stipulatus est Licinius Timotheus, spopondit Statia Irene j*us* l*ib.* h*abens.*

---

1) Mommsen: *si qua post hunc diem.*

2) A. 252. p. C. E tabula marmorea, quae Romae v. 1554 effossa ibidem asservatur. Huschke, Fl. Syntrophi instr. don. p. 7. Spangenb. 155. Zell, 399. Cf. Brummer, ad leg. Cinciam. cap. 14.

Actum pr. Kal. Aug. Impp. DD. NN. Gallo Aug. II. et Volusiano Aug. Consulibus.

Iisdem Consulibus eadem die Statia Irene jus lib. hab. donationi monumenti suprascripti sic ut supra scriptum est consensi subscripsi et adsignavi.

3. Donatio Fl. Artemidori [1]).

Diis manibus M. Herennii Proti, vixit annos XXVI menses II dies V. Fecerunt parentes, M. Herennius Agricola et Herennia Lagena, filio.

Chirographum: Ollaria numero IV, cineraria LIII, intrantibus parte laeva quae sunt in monumento T. Flavii Artemidori, quod est via Salaria in agro Volusii Basilides ientibus ab urbe parte sinistra, donationis causa mancipio accepit M. Herennius Agricola de T. Fl. Artemidoro HS nummo uno, libripende M. Herennio Justo; antestatus est Tiberium Julium Erotem, inque vacuam possessionem earum ollarum et cinerariorum T. Flavius Artemidorus Herennio Agricolae ire aut mittere ossaque inferre permisit, sacrumque quotiens facere velit Herennius Agricola heredesve ejus permisit, clavisve ejus monumenti potestatem facturum se dixit, dolumque malum huic rei abesse abfuturumque. Sic haec recte dari fieri praestarique stipulatus est M. Herennius Agricola, spopondit Titus Flavius Artemidorus.

Actum XVIII. Kalendas Januarii C. Calpurnio Flacco, L. Trebio Germano coss.

III. Emtio venditio.

Instrumentum emtionis puellae sportellariae emtae [2]).

Maximus Batonis puellam, nomine Passima sive ea quo alio nomine est, annorum circiter *plus minus* VI, emta sportellaria, emit mancipioque accepit de Dasio Verilonis, Pirusta ex Kaniuretio, denariis CCV; eam puellam sanam esse furtis noxisque solutam, fugitivam erronem non esse, praestari: quodsi quis eam puellam partemve

1) A. 174. p. C. E cippo marmoreo, qui prope Romam repertus postea in Angliam translatus est. Spangenberg, 153. Zell, 401. Huschke, Syntr. don. p. 7.

2) A. 139. p. C. E tabellis ceratis, quae in Transsylvania a. 1855 repertae Pestini asservantur. Detlefsen et Arndts supra p. 85. n. 1. citt.

quam ex ea quis evicerit, quominus Maximum Batonis eumve ad quam ea res pertinebit habere possidereque recte liceat, tum quanti ea puella emta est, eam pecuniam et alterum tantum dari: fide rogavit Maximus Batonis, fide promisit Dasius Verilonis, Pirusta ex Kaniuretio; proque ea puella, quae supra scripta est, denarios CCV accepisse et habere se dixit Dasius Verilonis a Maximo Batonis.

Actum Karto XIII Kal. Apriles, T. Ael. Caesare Antonino Pio II et Bruttio Praesente II coss.

IV. Pignus.

1. Tabula alimentaria Trajani prima, (Velejatensis [1]).

Obligatio praediorum ob HS 1,044000, ut ex indulgentia optimi maximique principis imp. Caes. Nervae Trajani Aug., Germanici Dacici, pueri puellaeque alimenta accipiant:

legitimi numero 245	in singulos *(menses)*	HS 16 num.,	fiunt HS	47040 num.
legitimae numero 34	in singulos —	HS 12 num.,	fiunt HS	4896 num.
spurius 1	*(quotannis)*		HS	144
spuria 1	—		HS	120
			summa HS	52200

quae fit usura ‾–‾ *(i. e. quinaria)* sortis suprascriptae.

(1.) C. Volumnius Memor et Volumnia Alce per Volumnium Diadumenum libertum suum professi sunt fundum Quinctiacum, Aurelianum, collem Muletatem cum silvis, qui est in Velejate pago Ambitrebio, adfinibus M. Mommejo Persico, Satrio Severo et populo, HS 108000; accipere debet HS 8692 num. et fundum supra scriptum obligare.

(2.) M. Virius Nepos professus est praedia rustica, deducto vectigali, HS 310,545 num.; accipere debet HS 25353 num., et obligare fundum Planianum, qui est in Velejate pago Junonio *etc.*

(Similiter usque 46.)

(43.) Coloni Lucenses publice professi sunt saltus praediaque Bitunias, sive quo alio vocabulo sunt, pro indiviso pro parte tertia, quae pars fuit C. Attii Nepotis; item saltus praediaque juncta, qui

1) A. 103. p. C. E tabula permagna aenea, quae in ruinis Velejatensibus a. 1747 reperta Parmae asservatur. P. de Lama, tavola alimentaria Velejate. 1819. p. 129. Hänel, corpus legum, 72. Spangenb., 312. Zell, 390. Rud. 1, 228. Cf. Plin. ep. 7, 18; 10, 65. 66. paneg. 26. 27.

Montes appellantur, quae fuerunt Attii Nepotis propria universaque; item saltus praediaque Uccae, et saltus praediaque *(octo alia,)* et saltus praediaque Vellanium vectigalia et non vectigalia, sive aliis nominibus vocabulisque sunt, qui sunt in Lucensi et in Velejate et in Parmense et in Placentino et montibus adfinibus compluribus, exceptis praediis Caerelliano colle et praediis, quae A. Nepos cum Priscilla possidebat HS 2,500000, deductis reliquis colonorum et usuris pecuniae et pretiis mancipiorum quae in emtione eis cesserunt, habita ratione etiam vectigalium, HS 1,600000; accipere debent HS 128,780 num., et obligare saltus sive praedia, quae sunt supra scripta, deducta parte quarta.

2. Tabula alimentaria Trajani secunda, (Gallicanensis.) [1])

Item obligatio praediorum facta per Corn. Gallicanum ob HS 72000, ut ex indulgentia optimi maximique principis imp. Caes. Nervae Trajani Aug. Germanici pueri puellaeque alimenta accipiant: legitimi numero 18 in singulas *(menses)* HS 16 num., fiunt HS 3456; legitima HS 12, fit summa utraque HS 3600, quae fit usura ——— summae suprascriptae.

C. Caelius Verus professus est saltus Avegam *(et alios)* cum figlinis, qui sunt in Velejate pago Albense et Vellejo, adfinibus re publica Lucensium et republ. Velejatium, HS 90000; accipere debet HS 9000. *(Similiter de 5 aliis debitoribus.)*

3. Tabula alimentaria Trajani tertia, (Baebianorum) [2]).

Imperatore Caesare Nerva Trajano Aug. *Germanico* IV., Q. Articulejo Paeto II. *coss. ob liberalitatem optimi* maximique principio obligarunt pra*edia ex proposito* Ligures Baebia*ni*, *und*e ex indulgentia ejus pueri puellaeque a*limenta a*ccipiant.

Debentur a ... Crispia Restituta fundi Pomponiani, (pertica Beneventana, pago Aequano in Ligustino, adfine Nasidio Vitale,) aestimati HS 50000, in HS 3520 HS 88; a L. Neratio fundi Rubriani in Beneventano, aestimati HS 34000, in HS 4000 HS 100 *etc. (Similiter a 64 aliis debitoribus.)*

---

1) A. 100. p. C. E tabula, quae cum prima Parmae asservatur. Lama, l. c. p. 153 Hänel, l. c. p. 69. Spangenb. 347. Zell, 394. Rud. 1, 228.

2) A. 101. p. C. E tabula aenea, quae a. 1838 prope Beneventum effossa ibidem asservatur. Henzen, tab. alim. Baebian. 1845. p. 93. Hänel, corp. leg. p. 70. Zell, 394. Rud. 1, 228.

V. Superficies.

Litterae de aedificio post columnam D. Marci exstruendo[1].

1. Libellus L. *Septimii, Augusti liberti, Adrasti, procuratoris* operum publ*icorum a columna D. Marci*, scriptus Severo *Augusto in haec verba:*

Domine permittas *rogo, ut rectius fungar of*ficio meo, post colu*mnam centenariam Divorum* Marci et Faustinae *pecunia mea loco publico* pedibus plus min*us* ... *aedificium me exstru*ere et in matric*ulam referri, quod sine in*juria cujusqua*m fiat; et reliqua fieri* secundum litter*as Ael. Achillis Cl. Perpetui* rationalium *tuorum, quas huic libello* subjeci. Da*tum* ... Romae Falcone et Claro coss.

2. Exemplaria litterarum rationalium Dominorum *nostrorum* scriptarum, pertinentes ad Adrastum, Aug*ustorum nostrorum* lib*ertum*, quibus ei permissum sit, aedificare loco cannabae a solo *aedificium* juris sui pecunia sua, praestaturus solarium sicut caeteri.

a. Aelius Achilles, Cl. Perpetuus Flavianus Eutychus Epaphrodito suo salutem.

Tegulas omnes et impensa de casulis item cannabis et aedificiis idoneis adsigna Adrasto, procuratori columnae D. Marci, ut ad voluptatem suam hospitium sibi exstruat, quod ut habeat sui juris et ad heredes transmittat. Litterae datae VIII Idus Aug. Romae Falcone et Claro cos.

b. Aelius Achilles Cl. Perpetuus Flavianus Eutychus Aquilio Felici.

Hadrasto Aug*usti* lib*erto* ad aedificium, quod custodiae causa columnae centenariae pecunia sua exstructurus est, tignorum vehes X, quanti fisco constiterunt cum pontem necesse fuit compingi, petimus dari jubeas. Litterae datae XIV Kal. Sept. Romae Falcone et Claro cos.

c. Rationales Seio Superstiti et Fabio Magno.

Procurator columnae centenariae D. Marci exstruere habitationem in conterminis locis jussus opus adgredietur, si auctoritatem vestram acceperit. Petimus igitur, aream, quam demonstraverit Adrastus libertus Augusti nostri, adsignare ei jubeatis, praestaturo secundum exemplum caeterorum solarium. Litterae datae VII Idus Sept. Romae; redditae IV Idus Sept. Romae iisdem cos.

---

1) A. 193. p. C. E tabulis marmoreis, quae Romae repertae ibidem asservantur. Rudorff, Zeitschr. 11, 219. Mommsen, Zeitschr. 15, 335. Zell, 337.

VI. Testamentum.

1. Testamentum Dasumii [1].

*Testa*mentu*m Dasumii.*

(1.) *Quoniam est* rectum, praestare .. amicus rarissim*us* ..., *si se nomen* meum laturum p*romiserit* ... *mearum fortu*narum ex uncia *heres esto, eamque nominis bonorumque hereditatem cernito in diebus* || *centum prox*imis, quibus sci*erit poteritque. Quodni ita creverit, tunc Septuma Secundina, matertera mea* pientissima, mihi *heres esto ex eadem parte. Si nec ea mihi heres erit, tunc* ... *f*ilia Serviani ex *eadem uncia mihi heres esto. Ex reliqua parte Ursus Servianus domin*us meus mihi heres *esto. Si Servianus mihi heres non erit, tunc* .. *et* .. *m*ihi heredes sunto. *Si* .. *et* .. *mihi heredes non erunt, tunc Dasumia* || .. *m*ihi heres esto. Si Da*sumia* .. *mihi heres non erit, tunc* .. *et* .. *mihi heredes sun*to, iique cernunto *in diebus centum proximis, quibus scierint poterunt-que. Si nec eorum quisquam* creverit, tunc Sy*che nutrix bene merita ex eadem parte mihi heres esto.*

(2.) *Amicis meis bene merentibus* infra scriptis, qu*isquis mihi heres erit eum rogo fideique ejus committo, uti det singulis* auri *pondo* libras: Juli*o* .. || Volusio Juliano ... *Plinio* secundo, Cornelio *Tacito (multisque aliis).*

(3.) *Sempronio P*roculo jurisconsulto, Ateio. m. ... no, Cornelio seni, Juliis Threp*to et* ... *Apollo*doro adfini meo denarios CXXV *conferri volo* ... *fidei*que ejus eorumque committo, ut ... || .. er consecrent Cordubae, it*a ut sub inscri*ptione nominis mei conse*crentur* ... opera supra scripta fiant ej*us eorumque arbitratu* ... *fidei*que ejus eorumque commit*to, ut* ... est.

(4.) Dasumiae Syche nutric*i* .. || venucum areum piscatore*s* ... elegerit, praeter quam denar. C ... *argenti es*carii et potori*i* ex meo quod *elegerit* ... *chartam s*ive philyram calculatoriam. ...

(5.) ... et Sabinum notarium et my .. || *ra*tionibus redditis, cum cont*ubernalibus suis liberos esse jubeo* ... M coquum et O.

---

1) A. 109. p. C. E duobus tabulae marmoreae fragmentis, quae prope Romam a. 1820 et 1830 repertae ibidem asservantur. Rudorff, Zeitschr. 12, 301. Zell, 404. Rud. 1, 233.

Numicum .. et Diadumenum notarium ... mnem sumptuarium, rationibus *redditis, cum contubernali liberum esse volo, ita ut eam in m*atrimonio habeat, fidelem*que* .. || rculis pusillis componit v...

(6.) .. *Dasumio Co*lono lib*erto den.* M, Dasumiae Sy*che nutrici bene meritae den.* ... *li*b. den. M, Heliopaedi lib. *den.* M, ca ... singulis *den.* M, Eurotae lib. *den.* ...

(7.) ... *Si* Eros vestiarius rationem *actus sui heredi meo reddiderit, liber esto; item* || .. *paeda*gogus ratione reddita, Phoe*bus* .. *et* .. *liberi sunto, praeterquam si que*m ex his alio scripto liberum *esse vetuero. Quem enim ita vetuero, is neque liber esto, neq*ue vicesimae nomine ei *prove eo publicano XX libertatis heres meus quidquam dato. Ceteros omnes*, quos liberos esse jussi, eos *ex meo accipere volo, quod eo nomine publicano debebunt; fidei aut*em eorum committo quis*quis mihi heres heredesve erunt, ut eam pecuniam singulis* || *dent tri*buant concedant sine ulla *controversia, et cum primum quisque eorum liber factus, hoc* amplius den. V, et hoc amplius ... cum primum manumissa *fuerit* ... *ar*culam tha*lamariam* cum ornato ...

(8.) *Hoc amplius heredes mei praef*ati dent tribuant concedan*t sine ulla controversia* .. || . *Har*masto Anatellonti liberti*s in singulos annos*, *quamdiu quis eorum vivet, initio cuiusque a*nni vestiarii nomine singulis *den.* .. *hoc amplius* ... *Ter*pno Achilli Heliopaedi lib*ertis initio cujusque anni vestiarii nomine singulis in sing*ulos annos, quamdiu quis eo*rum vivet,* den. .. *hoc amplius* ... *libertis quamd*iu quis eorum vivet, initio c*ujusque anni heredes mei vestiarii nomine* den. .. || *ipsi danto, cura*ntove dare infra scriptis *conditionibus.*

(9.) *Hoc amplius heredes mei supra scripti lan*cem auream meam maxima*m, quae* ... *e*st et Diadumenum cubicul*arium* ... *e*t Stephanum dropacatorem ... orem et Faustum sutorem e*t* .. || *et paria* mularum, quae elegerit, cum *carruchis et mulionibus danto Septumae materterae meae pientiss*imae. Hoc amplius Epaphroditum ... tum medicum, philocyrium ... *signa mea aure*a et argentea omnia et ima*gines argenteas eidem Septumae materterae dari volo, et rogo pie*tatem tuam, ut cures in pub*lica eas porticu poni, quam Cordubae extrui jussi;* || *sigillaria vero*, quae ubique habeo, in amicos *fidelissimos, quos voles, conferas. Hoc amplius* ... dispensatorem, rationibus ... em et Eutychen, cubicul*o* maj*ori praeposi-*

*tum ... dari volo mat*erterae Septumae Secundin*ae. Hoc amplius, matertera carissima, commendo tibi ...* Erotem, Menecratem e Paedero*tem ... et rogo pietatem tuam*, || *ut in eodem o*pere illos habeas donec viv*ent ... quoniam* nullo merito meo tam valde ... *Hoc amplius ... reliq*ua Septumae materterae m*eae commendo* ... *reb*us meis habuit, fideique ejus N. . . *Hoc a*mplius Septumae materterae meae .. || cursorem, Encolpium actorem ...

(10.) *Praedium suburbanum sestert*ium sexagies, quod beneficio *Imp. Caesaris Trajani Augusti Germanici Dacici consecutus sum*, intra biennium, quam m*ortuus ero*, *libertis in alimenta dari volo. Fidei itaque heredum com*mitto, ut praedium, in quo *corpus meum sepeliri volo*, *cum in eo ...*, *amicus meus rarissim*us, reliqu*ias* meas con*diderit*, *exceptis locis religiosis et monumento* || *quo reliquiae* meae inlatae fuerint, cui*cunque sive testamento anteave libertatem dedi sive codicillis ded*ero, praeterquam Hymno pess*ime de me merito et ingrato erga patronum suum, cum pascuis sal*tibus silvis instructum ma*ncipio dent*, *ita ne de nomine libertorum exeat*, *neve ii vendant pig*nore dent cedant condonent, *ejus autem portio*, *qui ex his decesserit*, *reliquis adcrescat, donec* in rerum natura esset unus *eorum. Quodsi liberti libertaeque in rerum natura* || *omnes esse* desierin*t*, *t*unc ad libertorum *meorum filios posterosque*, *donec esset unus eorum*, *idem volo perti*nere. Quodsi esse desierit, *tunc ad Serviani mei libertos posterosque eorum pertineat. Cum a*utem in tam multas partes *praedium praefatum distributum iri intelligam, nec possint om*nes universa possidere, rel*iquum est*, *huic quoque difficultati consulere. Itaque Terpnum*, Achillen, Heliopaeden Cymb*alistam curatores do*, *et siquis ex his decesserit* || *tunc alium cur*atorem substitui curatori *defuncto reliquorum suffragio jubeo*, *et ab his curatoribus* alimenta omnia computar*i et reditus distribui libertis volo*, *qua re effectum iri exist*imo, ut ab uno omnia percipi*ant omnes.*

(11.) *Hoc amplius heredes meos rogo fideique omnium here*dum meorum committo, *maxime vero a tua*, *Serviane domine, erga me benevolentia peto*, *ne pati*aris post me quemquam il*lorum*, *quos sive testamento sive codicillis manumittes*, || *aut etiam vet*erum libertorum tuorum p*oni in monumento meo*, *aut quemquam ex meis libertis praeter Encol*p*um* et Harmastum et Anate*llonta. Aditum autem ambitum et accessum in monumento volo habere om*nes,

quos sive ante testamen*tum sive testamento manumisi, praeterquam te, Hymne, qui, quamvis* plurimum tibi praestitisse *me agnoveris, adeo tamen ingratus extitisti, ut propter ea, qua*e a te passus sim aut timueri*m, etiam a tumulo meo removendum te statuerim.* || *Reliquias meas U*rsi Serviani domini mei et . . *amici rarissimi curae commendo, capulum aute*m ferri volo per Serviani mei li*bertos. Per eundem amicum intra biennium postquam def*unctus ero consummari in*choatum iubeo monumentum, sumtuumque in eam rem factorum rationem eu*m reddere volo Serviano meo, *et, quo notior sit voluntas mea, lapidi incidi testamenti exemplu*m et poni ad latus monumen*ti mei.*

(12.) *Hoc amplius quisquis mihi heres heredesve* || *erit eruntve, e*um eosque rogo fideique ejus *eorumque committo, ut quaecunque hoc testamento cuiquam dedi* legavi, ea vicesimis omni*bus* modis *liberent, ita ut eas aut solvant judiciave suscipiant eo* nomine, aut vicesimae no*mine cum publicano, qui id vectigal conductum habebit, aut pacis*cantur aut decidant aut in *arbitrum compromittant.*

(13.) *Novissime, si quid codicillis ali*ove quo genere scriptum sig*natumque reliquero, valere volo, quasi testamento* || *scriptum signatum*que reliquissem. Liturae, *inductiones, superinductiones, quae in eo inveniuntur, i*am testamenti faciundi et *signandi tempore factae sunt. Testamentum scribendum curavi per V*entidium *C*ampanum, testa*mentarium, juris studiosum . . . Romae, Aeli*o *Hadr*iano, Trebatio Pri*sco coss.*

(14.) . . t. Do lego damnas*que esto quisquis mihi heres erit dare* || . . *Imp. Caes. Traja*no Aug. Germanico *Dacico . . . So*sio Senecioni singu*lis . . . argen*ti p*ondo* V, Otacilio or . . . *to* medico HS XI . . . HS CCC, ex qu. || . . *Anatellon*ti Eurotae liber*tis sine ulla alien*atione di*lexerunt* . . .

2. Gesta de aperiundo testamento [1]).

Leone jun. patre patriae Augusto cos. sub die prid. Nonar. Novembr. Ravennae apud Pompulium *Projectitium jun. et Fl. Pro-*

1) A. 474. p. C. E chartis papyraceis, quae Parisiis asservantur. Marini, papiri diplomatici. 1805. p. 110. Savigny, verm. Schriften. 3, 122. 141. Spangenberg, 100.

jectum, et iterum magistratus, praesentibus Ael. Marino *(et 5 aliis,)* Pascasia honesta foemina dixit:

»Offero cartam testamenti, ***quam mihi Constantius maritus meus commendandam credidit. Peto, ut*** eam suscipi jubeatis, testibus praesentibus ostendi, ut, si signacula vel superscriptiones suas recognoscunt, dignentur edicere; eam resignari praecipiatis, ***linum incidi, aperiri et per ordinem recitari faciatis, quo voluntas defuncti possit agnosci.***«

*Po*mp. Projectitius et Fl. Projectus mag***istratus*** dixerunt:

»Suscipiatur carta testamenti, quae offertur; testibus praesentibus ostendatur, ut, si signacula vel superscriptiones suas recognoscunt, singuli edicere non morentur.«

Cumque carta testamenti suscepta fuisset et testibus ostensa, Fl. Bonifacius, vir devotus, apparitor in castr. praet. officio dixit:

»Ego in hoc testamento interfui, agnosco annuli mei signaculum et superscriptionem meam, sed et intrinsecus subscripsi.«

(Similiter duo alii testes.)

Et iterum magistratus dixerunt:

»Quid ***et de aliis testibus, quorum*** signacula hoc testamento infixa ***vidimus?***«

Fl. Bonifacius *(et duo alii testes)* dixerunt:

»Constat una nobiscum Simplicium, qui mortuus est, Exuperium v. d., Pamonium v. d., et Georgi***um*** v. d., qui absentes sunt, in hoc testamento interfuisse, quorum signacula et superscriptiones recognoscimus.«

Magistratus dixerunt:

»Quoniam de agnitis signaculis vel superscriptionibus testium responsio patefecit, nunc carta testamenti resignetur, linum incidatur, aperi***atur***, et per ordinem recite***tur.***«

Et inciso lino ex officio reci*t*atum est:

»Fl. Constantius vir honestus, tinctor publicus, procedens sanus sana mente integroque consilio, cogitans conditiones humanas et repentin*os* casus, praesentibus testibus numero competenti in hac chartula testamentum feci, idque scribendum dictavi Domitio Joanni forensi, cuique, litteras ignorans, subter manu propria signum feci; quod testamentum meum, si quo casu vel civili vel praetorio ***jure*** vel alia qualibet juris ratione valere non potuerit, etiam ab intestato vice codicillorum meorum valere

illud volo, hac valeat, ratamque hanc voluntatem meam esse cupio et jubeo:

Pascasia honesta femina jugalis *mea heres mihi esto* etc.«

VII. Collegia.

1. Collegium symphoniacorum [1]).

Diis manibus. Collegio symphoniacorum, qui sacris publicis praestu sunt, quibus senatus *coire convocari cogi* permisit e lege Julia ex auctoritate Aug*usti* ludorum causa ...

2. Collegium funeraticium Lanuvinum [2]).

L. Ceionio Commodo, S. Vetuleno Civica Pompeiano coss. *ante* d*iem* V Idus Junias.

Lanuvii in municipio in templo Antinoi, in quo L. Caesennius Rufus, *Dict. III. et Patronus* municipii, conventum haberi jusserat per L. Pompejum ... F ... . . um, *Quinquennalium* cultorum Dianae et Antinoi, pollicitus est, se *in annum da*turum eis ex liberalitate sua HS XV millia num., usum ... die || *natalis* Dianae, Idib. Aug. HS CCCC num., et die natalis Antinoi V. Kal. *Decemb.* HS CCC num., et praecepit legem ab ipsis constitutam sub tetra*stilo An*tinoi parte interiori perscribi in verba infra scripta:

M. Antonio Hibero, P. Mummio Sisenna cos. *(a. 133)* Kal. Jan. collegium salutare Dianae et Antinoi constitutum L. Caesennio, Lucii filio, Quir. Rufo, Dict. III. idemqe Patr*onus.*

Kaput ex SC || p*opuli* R*om.*

»*Quibus coire con*venire collegiumqe habere liceat. Qui stipem menstruam conferre volen*t in fun*era, *in* id collegium coeant, neqe sub specie ejus collegii nisi semel in men*se coeant con*ferendi causa, unde defuncti sepeliantur.«

Quod bonum faustu*m f*elix salutareqe sit imp. Caesari Trajano

---

1) Ex inscriptione columbarii cujusdam prope Romam. Mommsen, Zeitschr. 15, 353.

2) A. 136. p. C. E tabula marmorea, quae exstat in oppido Cività-Lavigna. Mommsen, de collegiis. 1843. p. 98. Huschke, Zeitschr. 12, 207. Mommsen, Zeitschr. 15, 359. Henzen, inscriptionum collectio (Orelliana). 3, 210. Zell, 43.

Hadriano Aug., totiusque || do*mus Aug.*, nobis nostris collegioque nostro; et bene atque industrie contraxerimus, ut exitus *defu*nctorum honeste prosequamur; itaque bene conferendo universi consentire debemus, u*t longo* tempore inveterescere possimus. Tu, qui novus in hoc collegio intrare voles, prius legem perlege et sic intra, ne postmodum queraris aut heredi tuo controversiam relinquas.

Lex collegii.

*Placu*it universis, ut quisquis in hoc collegium intrare voluerit, dabit Kapitularii nomine HS C num. et *vini* boni amphoram, item in menses sing*ulos* a*mphoram vini*. — Item placuit, ut quisquis mensibus contin*uis* II non pariaverit et ei humanitus acciderit, ejus ratio funeris non habebitur, etiamsi *test*amentum factum habuerit. — Item placuit: quisquis in hoc corpore n*ostro* pariat*us* decesserit, eum sequentur ex arca HS CCC numm., ex qua summa decedent exequiari || nomine HS L num., qui ad rogum dividentur; exequiae autem pedibus fungentur. — Item placuit: quisquis a municipio ultra milliar. XX decesserit et nuntiatum fuerit, eo exire debebunt electi ex corpore n*ostro* homines tres, qui funeris ejus curam agant, et rationem populo reddere debebunt sine dolo malo; et si quid in eis fraudis causa inventum fuerit, eis multa esto quadruplum. Quibus *funeraticium* ejus dabitur, hoc amplius viatici nomine ultro citro sing. HS XX num. Quod si longius || *a municipio su*pra mill. XX decesserit et nuntiari non potuerit, tum is, qui eum funeraverit, testa*mino rem tabul*is signatis sigillis civium romanorum VII, et probata causa funeraticium *ejus, satis dato ab* iis amplius neminem petiturum, deductis commodis et exequiario e lege collegii dari *sibi petito a co*llegio; dolus malus abesto; neque patrono neque patronae neque d*omino* ||
II. 1. neque dominae neque creditori ex hoc collegio ulla petitio esto, nisi si quis testamento heres nomina*tus e*rit. Si quis intestatus decesserit, is arbitrio Quinquennalis et populi funerabitur. — Item placuit: quisquis ex hoc collegio servus defunctus fuerit, et corpus ejus a domino dominave iniquitate sepulturae datum non fuerit, neque tabellas fecerit, ei funus imag*ina*rium || fiet. — Item placuit: quisquis ex quacunque causa mortem sibi adsciverit, ejus ratio funeris non habebitur. — Item placuit, ut quisquis servus ex hoc collegio liber factus fuerit, is dare debebit vini amphoram. — Item placuit: quisquis magister suo anno erit ex ordine a*lbi* ad coenam faciendam et non

observaverit neque fecerit, is arcae inferet HS XXX num., et || insequens ejus dare debebit et is ejus loco restituere debebit.

Ordo coenarum: VIII. Id. Mart. natali Caesennii *Rufi* patris; V. K. Dec. nat. Ant*inoi;* Idib. Aug. natali Dianae et collegii; XIII. K. Sept. nat. *Caes*enni Silvani, fratris p*atris* n*ostri*, natali Corneliae Proculae matris; XIX. K. Jan. n*at*. *Cae*sennii Rufi, patroni muni*cipii*. ||

Magistri coenarum ex ordine albi facti, quo ordine homines quaterni *erunt*, ponere debeb*unt* vini boni amphoras singulas et panes *assium* II, qui numerus collegii fuerit, et sardas *nu*mero IV, strationem caldam cum ministerio.

Item placuit, ut quisquis Quinquennalis in hoc collegio factus fuerit, is a sigillis ejus tempore, quo Quinquennalis erit, immunis esse debebit; et ei ex omnibus divisionibus partes dupl*as* || dari, item scribae et viatori a sigillis vacantibus partes ex omni divisione sesqui*plas* dari, placuit. Item placuit, ut quisquis quinquennalitatem gesserit integre, ei ob honorem partes sesq*ui*plas ex omni re dari, ut et reliqui recte faciendo idem sperent. ||

Item placuit: si quis quid queri aut referre volet, in conventu referant, ut quieti et hilares diebus solemnibus epulemur.

Item placuit, ut quisquis seditionis causa de loco in alium locum transierit, ei multa esto HS IV num. Si quis autem in opprobrium alteralterius dixerit aut tu*mul*tuatus fuerit, ei multa esto HS XII num. Si quis Quinquennali inter epul*as* || opprobrium aut quid contumeliose dixerit, ei multa esto HS XX nummi.

Item placuit, ut Quinquennalis sui cujusque temporis diebus solemn*ibus ture* et vino supplicet et ceteris officiis albatus fungatur, et die*bus natalibus* Dianae et Antinoi oleum collegio in balineo publico po*nat*, *antequam* epulentur.

3. Collegium funeraticium Alburnense [1]).

Descriptum et recognitum factum ex libello, qui propositus erat Alb*urno* majori ad stationem Resculi, in quo scriptum erat id quod i*nfra scriptum* est:

---

1) A. 167. p. C. E tabellis ceratis, quae a. 1790 in Transsylvania repertae Pestini asservantur. Massmann, libellus aurarius s. tabulae ceratae etc. 1840. Huschke, Zeitschr. 12, 173. Mommsen, de collegiis p. 94. Zell, 42.

Artemidorus Apollonii, magister collegii Jovis Cerneni, et Valerius Niconis et Offas Menofilii, quaestores collegii ejusdem, posito hoc libello publice testantur: ex collegio supra scripto, ubi erant homines LIV, ex eis non plus remansisse ad Alburnum, quam quod h*omines* XVII; Julium Julii quoque, commagistrum suum, ex die magisterii sui non accessisse ad Alburnum, neque in collegio *n*eque eis, qui praesentes fuerunt, rationem reddidisse; *at* si quid eorum *h*abuerat, reddidisset sive funeribus *impendisset*, et cautionem suam, in qua eis caverat, recepisset; modoque autem neque funeraticiis sufficerent neque loculum habere*nt*, neque quisquam tam magno tempore diebus, quibus legi continetur, convenire voluerint aut conferre funeraticia sive munera; seque idcirco per hunc libellum publice testantur, ut si quis defunctus fuerit, ne putet se collegium habere aut ab eis aliquem petitionem funeris habiturum.

Propositus Alburno majori, V Idus Febr. Imp. L. Aur*elio* Vero III. et Quadrato cos. Act. Alburno majori.

4. Collegium aquae sive fontanorum [1]).

. . . *mult*a esto a*ssium* D.

*Cui fontanorum magisteriu*m ex hac lege capere gerere licebit, *si is magister factus creatusve fuerit*, *luci pal*am in collegio aquae intra paticabulum, quo die magisterium *cepit, jurato in hanc leg*em. Qui hujusce collegii quod, quidquid penus [2]) sese venit, || *male egisse, quemve adversus hanc* legem fecisse scientem dolo malo in suo magisterio suosque prohibuisse, *dicetur: is in hanc legem jurato; ni jur*assit assium D multa esto.

*Qui ita, uti supra scriptum est, non juraverit, is ma*gister ne esto neve suffragium inito; si quis adversus ea faxit, multa *esto ita uti supra scriptum est.*

*Qui non trans ma*re peregreve longius p*assus* CXX *millia* reipublicae causa erit, is magistrorum *comitiis adesto; ni adfuerit, multa* esto assium L. Idcirco nihilominus dejeratio esto apud magistros; || si falso dejeratum fuerit, uti supra scriptum est, assium

1) Saec. I. p. C. Ex inscriptionibus, quae saec. XVII. a card. Barberini collectae sunt; lapis vel tabula ipsa haud amplius exstat. Rudorff, Zeitschr. 15, 203. Mommsen, Zeitschr. 15, 345. Zell, 385. Rud. 1, 230.

2) Rud. p. 232. n. 45 conjectat: *quinquennalitatem, quem* (QQQ) *tenus.* At cf. Momms. p. 348—49.

C multa esto; qui *scierit, magistris denuntia*to; si non denuntiarit, ipsius multam sufferto. *Ejus rei causa qui volet ex hac* lege actio esto.

Magistro ex hac lege multam dicere liceto, si semel si saepius volet. Dictio esto *assis* I.

Ne quis fullonicas instituisse neve cretulentum exegisse velit, nisi in duabus lacunis prius emet; || neve *fulloni magisterium capere* gerere liceto; magistrisve denuntiamino in biduo continuo. Ni nuntiab*it, quotiens artis causa ad aquam* venerit, multa a*ssium* V esto.

Si quis hac l*ege multam petere volue*rit, ex h*ac* l*ege* magister magistrive judicium danto, qui injuraverit *ita uti supra scriptum est. Recuperatores* recuperatorem unum communem adeunto simulque juranto: *sese vere et ex* hac l*ege judicaturum.* Ni ita jurassit, multa esto a*ssium* D. || *Si sciens* dolo malo *adversus* h*anc* l*egem* judicassit, ita uti s*upra scriptum est* multa esto.

Recuperatore unoquoque *in jus jurandum adacto, actor fa*cito ut juret; isque si ibi testium causa esse dicet, magis*ter* quam *primum facito judicetur. In diebus* . . *perpe*tuis rem judicanto. Ni ita judicarint, ita *uti supra scriptum est* multa esto.

Recuper*ator*, *qui luminibus captus erit, jur*ato: sese ita gnatum esse. Ni judicassit, a*ssium* V multa esto. In diebus . . *jurato; ni jurassit uti supra scriptum est, multa* esto assium V.

VIII. Causae forenses.

1. Lis fullonum de pensione solvenda [1]).

Herculi sacrum.

Posuit P. Cl. Fortunatus, *quinquennalis* perpetuus hujus loci.

Interlocutiones Ael. Floriani, Her. Modestini, Faltonii || Restitutiani, praef*ectorum vigilum*, p*erfectiss.* v*irorum.*

Florianus d*ixit:* »Quantum ad formam a me datam pertinet, quoniam me convenis, de hoc inprimis tractandum est. Ita interlocutum me scio esse hesterna die, docere partem diversam oportere: hoc || ex sacra auctoritate descendere, ut pensiones non dependerentur.«

1) A. 244. p. C. E duobus lapidibus, quae Romae exstant. Rudorff, Zeitschr. 15, 254. Mommsen, Zeitschr. 15, 326. Spangenb. 298. Zell, 346.

Et respondit: »Se quibuscunque rationibus posse ostendere, hoc ex sacra auctoritate observari.«

Et hodie hoc dicit: »Ex eo tempore, ex quo Augustus || rem publicam obtinere coepit, usque in hodier*num* nunquam haec loca pensiones pensitasse.«

Et infra Florianus d*ixit:* »Vidi locum dedicatum imaginibus sacris.«

Et alio capite Modestinus d*ixit:* »Si quid est judicatum, habet || suam auctoritatem, si est, ut dixi, judicatum. Interim apud me nullae probationes exhi*ben*tur, quibus doceantur fullones in pen*sio*nem jure conveniri.«

Et alio capite Restitutianus, cum consilio collocutus, dixit: »Manifestum est, quid || judica*verint* perfectiss. viri; nam Florianus partibus suis diligentissime functus est, qui, cum in rem praesentem venisset, locum inspexit, et universis indiciis examinatis sententiam de eo loco, de quo maxime || quaeritur, protulit, a quo provocatum non est.«

Et infra Restitutianus dixit: »Modestinus quoque, secutus res a Floriano judicatas, pensiones || exigi prohibuit.«

Et infra Restitutianus dixit: »Illud servabitur fontanis, quod obtinuerunt apud suos judices et quod habuerunt in hodiernum sine pensione.«

Actum IV Id. Mart. ann... victoriam percepimus. Litigatum est ex Alexandri Aug. II. et Marcelli II. coss. in Peregrini et Aemiliani coss. dies. *(a. 226—244 p. C.)*

2. Sententia de loco religioso [1]).

In his aedificiis et locis puris adjacentibus aedificiis, sive is locus ager est Aelii Rufini militis, cujus se possessorem esse ex causa emtionis P. Ae. Abascanti, patris sui, Alfenio Senecioni, subpraef*ecto* class*is* pr*aetoriae* Mis*enensis,* probavit, meruit sententiam, quam jussu ejus Senecionis subpraef. huic titulo proscripsit.

Senecio *cum consilio collocutus* dixit: Necessariam fuisse inspectionem aedificiorum et loci, de quibus apud me actum est, re ipsa manifestatur. Cum igitur aedificia solo puro posita deprehenderim neque ullo sepulchro superposita vel conjuncta, apparet ven-

1) Saec. II v. III p. C. E tabula marmorea, quae Neapoli asservatur. Cujac., observ. 18, 32. Spangenb. 384. Zell, 348.

ditionem eorum jure factam, ideoque ad Aelium Rufinum militem ex causa emptionis pertinere videntur; loci vero sive agri, quem adiacentem aedificiis Aelius Abascantus, pater Rufini, ab heredibus Patulcii Diocletis aeque mercatus est, quum habeat plurima et dispersis locis sepulchra, jus per venditionem transferri ad emptorem non potuisse, sed, cum pater Rufini et postea Rufinus, quamquam non jure facta emptione, semper in possessione fuerint, nullo jure eum locum vindicare sibi Patulcii possunt, plane cum in re praesenti inspexerim obliteratum atque erasum Patulcii Diocletis nomen et remanere inscripta capita quaedam, exprimentia haec verba: »Actius Diocles, Patulcii Diocletis filius, cum fratribus, qui nunc hic adsunt, vendunt P. Aelio Abascanto locum purum, in quo nulla sepulchra jacta superposita neque conjuncta apparent, liberis nepotibus pronepotibusque et reliqua.«

Ob contemptum tamen religionis Rufinus, P. Aelii Abasc. filius, agro privetur, fiatque publicus sepeliendorum militum classis praetoriae Misenensis in usum. Heredes vero Patulcii Diocletis mulctentur sorte una cum anatocismo binae centesimae usurae propter neglectam religionem sepulchrorum clam dirutorum, pauperesque milites classis praet. Mis. donati sint, dum aegrescunt et moriuntur, ne aere collato curentur sepelianturque.

Quam sententiam sanctam esse, omnes sciunto, idque totum testatur marmor.

3. Sententia arbitri de finibus agrorum [1]).

C. Heloidius Priscus, arbiter ex compromisso inter Q. Tillium Eryllum, procuratorem Tillii Sassi, et M. Paquium Aulanium, actorem municipii Histoniensium, utrisque praesentibus juratus sententiam dixit in ea verba, quae infra scripta sunt:

»Cum libellus vetus ab actoribus Histoniensium prolatus sit, quem desideraverat Till. Sassius exhiberi, et in eo scriptum fuerit: eorum locorum, de quibus agitur, factam determinationem per Q. Cael. Gallum, Junio Silano, Norbano Balbo coss. *(a. 19. p. C.)* VIII Kal. Majas; inter T. Vaccium Vitulum, auctorem Histonienum fundi Herianici, et Tituriam Flaccillam, proauctorem Till. Sassi fundi Vellani,

---

1) Saec. I p. C. E monumento Neapolitano. **Mommsen**, Stadtrechte von Salpensa u. Malaga. p. 484.

actum esse in re praesenti de controversia finium ita, ut utrisque dominis tum fundorum praesentibus Gallus terminaret, ut primum palum figeret a quercu, pedes circa XI abesset autem palus a fossa, (neque apparet, quot pedes scripti essent, propter vetustatem libelli interrupti in ea parte, in qua numerus pedum scriptus videtur fuisse,) inter fossam autem et palum iter commune esset, cujus proprietas soli Vaccii Vituli esset; ex eo palo e regione ad fraxinum notatam palum fixum esse a Gallo, et ab eo palo e regione ad supercilium ultimi lacus Serrani in partem sinisteriorem erectum palum ab eodem Gallo . . .

IX. Missio militaris.

Tabula honestae missionis [1]).

Tib. Claudius Caesar Aug. Germanicus, pont. max., tribun. potestate XII., imperat. XXVII., pater patriae, censor, consul V., trierarchis et remigibus, qui militaverunt in classe, quae est Miseni sub Tib. Julio Augusti liberto optato, et sunt dimissi honesta missione, quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et connubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut, si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent duntaxat singuli singulas.

Ante d. III Idus Decembr. Fausto Sulla, Rufo Salvidieno coss.

Gregali Spartico, Diuzeni *filio*, Dipscurto [2]) Besso.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in capitolio aedis Fidei populi Romani parte dexteriore.

J. Mesti, L. f.,	*(Linum cum signis.)*	Aem. Prisci Dyrrachini.
L. Nutri		Venusti Dyrrachini.
C. Durrachini		Anthi Dyrrachini.
C. Sabini		Nedymi Dyrrachini.
C. Corneli		Ampliati Dyrrachini.
T. Pomponi		Epaphroditi Dyrrachini.
N. Minihylae		Thessalonicensis.

1) A. 52. p. C. E IV tabellis aeneis, quae Neapoli asservantur. Antichità di Ercolano. Tom. V. praef. p. 16. 39. Spangenb. 353. 401. Rud. 1, 218.

2) Antich. cit. p. 27. 51.

Pars tertia.

Scriptores.

I. Sextus Pomponius Festus.

E libris de verborum significatione [1].

A.

Abacti magistratus: qui coacti deposuerunt imperium.

Ab—ad—segregare: a grege. — Quorum verborum frequens usus non mirum, si ex pecoribus pendet, quum apud antiquos opes et patrimonia ex his praecipue constiterint, ut adhuc etiam pecunias et peculia dicimus [2].

Accensi: qui in locum mortuorum militum subito subrogabantur, dicti ita, quia ad censum adjiciebantur.

Adorare apud antiquos significabat agere. *(XII. 8, 16.)*

Adpromissor: qui, quod *quis* suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit.

Adscripti: qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni.

Adscriptitii: qui supplendis legionibus adscribebantur. Hos et accensos dicebant, quod ad legionum censum essent adscripti; quidam velatos, quia vestiti inermes sequerentur exercitum.

Aedilis: magistratus, qui aedium non tantum sacrarum sed etiam privatarum curam gerebat; dictus quod facilis ad eum plebi aditus esset.

---

1) Festi de verb. sign. quae supersunt c. Pauli epit., ed. O Müller. 1839.

2) — pecunia ipsa a pecore. Etiam nunc in tabulis censoriis pascua dicuntur omnia, ex quibus populus reditum habet, quia diu hoc solum vectigal fuit. Plin. hist. nat. 18, 3. § 11.

Aerarium populus Romanus in aede Saturni habuit.

Aliuta: antiqui pro aliter. Hinc in legibus Numae: »Si quis aliuta« *etc. (Leg. reg. II, 13.)*

Ambitus: inter vicinorum aedificia locus duorum pedum et semipedis ad circumeundi facultatem relictus. *(XII. 7, 1.)*

Ambitus: circuitus aedificiorum, patens in latitudinem pedes duos et semissem, in longitudinem idem quod aedificium.

Amsegetes: quorum ager viam tangit. *(XII. 7, 7. v. Via.)*

Aqua et igni tam interdici solet damnatis, quam accipiuntur nuptae, quia hae duae res humanam vitam maxime continent. *(L. 66. § 1. D. 24, 1.)*

Assiduum alii locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt; alii eum, qui sumtu proprio militabat, ab asse dando vocatum existimarunt. *(XII. 1, 4.)*

B.

Bene sponsis, beneque volis: in precatione augurali Messala augur ait significare »sponderis, volueris.«

Bustum: locus, in quo mortuus est combustus et sepultus, quasi bene ustum. *(XII. 10, 11.)*

C.

Caduceatores: legati pacem petentes. Cato: »Caduceatori nemo homo nocet.«

Censio hastaria: quum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur, quod hastas daret.

Censionem facere dicebatur censor, quum multam equiti irrogabat.

Censui censendo agri: qui et emi et venire jure civili possunt.

Centenariae coenae: in quas lege Licinia non plus centussibus praeter terra nata impendebatur, i. e. C assibus, qui erant breves nummi ex aere.

Centumviralia judicia: a centumviris. Nam quum essent Romae XXXV tribus, quae et curiae sunt dictae, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui Cviri appellati sunt: et licet V amplius quam C fuerint, tamen, quo facilius nominarentur, Cviri sunt dicti.

Centuria: in agris CC jugera, in re militari C homines.

Centuriata comitia item curiata dicebantur, quia populus Romulus per centenas turmas divisus erat.

Centuriatus ager: in ducena jugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducena jugera tribuit.

Classici testes: qui signandis testamentis adhibebantur.

Coelibari hasta caput nubentis comebatur, quae in corpore gladiatoris stetisset abjecti occisique, ut quemadmodum illa conjuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit; vel quia matronae in tutela Junonis Curitis sint, quae ita appellabatur a ferenda hasta, quae lingua Sabinorum »curis« dicitur; vel quod nuptiali jure imperio viri subjicitur nubens, quia hasta summa armorum et imperii est. Quam ob causam et captivi sub eadem veniunt.

Cognitor: qui litem alterius suscipit coram eo, cui datus est.

Comitiales dies: quum in comitio conveniebant.

Compraedes: ejusdem rei populo sponsores.

Compascuus ager: relictus ad pascendum communiter vicinis.

Conciliabulum: locus ubi in concilium convenitur.

Concilium: a populi consensu, sive a concalando, i. e. vocando.

Concio: conventus (quasi convocatio), non tamen alius, quam qui a magistratu vel a sacerdote publico per praeconem convocatur.

Condicere: dicendo denuntiare.

Condictio: in diem certum ejus rei, quae agitur, denuntiatio.

Condictum: quod in commune est dictum.

Consponsor: conjurator.

Consposos antiqui dicebant fide mutua colligatos. *(Varro, l. l. 6, 70.)*

Contestari litem dicuntur duo aut plures adversarii, quod ordinato judicio utraque pars (uterque reus) dicere solet: »Testes estote.«

Conventus: quum a magistratibus judicii causa populus congregatur.

Cum imperio est: apud antiquos, cui nominatim a populo dabatur imperium.

Cum populo agere: populum ad concilium aut comitia vocare.

Cum potestate est: qui a populo alicui negotio praeficiebatur.

Curia: locus, ubi publicas curas gerebant.

Curia calabra: ubi tantum ratio sacrorum gerebatur.

Curiae: in quibus uniuscujusque partis populi Romani quid geritur; quales sunt hae, in quas Romulus populum distribuit, numero XXX, quibus postea additae sunt V, ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret feriasque observaret, iisque curiis singulis nomina

Curiarum virginum imposita esse dicuntur, quas quondam de Sabinis rapuerunt.

Curionium aes: quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus.

Curis: Sabine hasta, unde Romulus Quirinus, quia eam ferebat; quidam putant a Curibus, quae fuit urbs opulentissima Sabinorum.

Curitim Junonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant.

D.

Decima quaeque veteres diis suis offerebant.

Deminutus capite: qui civitate mutatus est; et ex alia familia in aliam adoptatus; et qui liber alteri mancipio datus est; et qui in hostium potestatem venit; et cui aqua ignique interdictum est.

Depontani: senes, qui sexagenarii de ponte dejiciebantur. *(v. Sexagenarii.)*

Diffarreatio: genus sacrificii, quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio; quia fiebat farreo libo adhibito.

Dirutum aere militem dicebant antiqui, cui stipendium ignominiae causa non erat datum, quod aes diruebatur in fiscum, non in militis sacculum.

Dispensatores: qui aes pensantes expendebant, non adnumerabant.

Duicensus: cum altero, i. e. filio, census.

E.

Ejuratio significat, id, quod desideretur, non posse praestari. Plautus: »Ejuravit militiam.«

Em: tum, eum. *(XII. 1, 1.)*

Emancipati: qui ex patris jure exierunt, aut qui aliorum fiunt dominii, quorum utrumque fit mancipatione.

Emere: antiqui pro sumere, pro accipere.

Endoplorato: implorato, i. e. cum questione inclamare. *(XII. 8, 13.)*

Endo procinctu: in procinctu; significat, quum ex castris in proelium exitum est, procinctos, quasi praecinctos atque expeditos; nam apud antiquos togis incincti pugnitasse dicuntur. *(v. In proc.)*

Equestre aes: quod equiti dabatur.

Erctum citumque fit inter consortes ut in libris legum Romanarum legitur. *(XII. 5, 10.)* Erctum a coercendo, citum a ciendo.

Everriator: qui jure accepta hereditate justa facere defuncto debet; qui si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo

capite luat; a verrendo, nam exverrae sunt purgatio quaedam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quae fit per everriatorem certo genere scoparum adhibito.

Exrogare: lege vetere aliquid eximere per novam legem.

Extrarius: qui extra focum sacramentum jusque est.

F.

Familia: antea in liberis hominibus, quorum dux et princeps generis pater et mater familiae; postea etiam famuli, permutata I cum U littera.

Famuli origo ab Oscis dependet, apud quos servus »famel« nominabatur, unde et familia. *(Tab. Bant. l. Osca. v. 22.)*

Fastis diebus jucunda *(juridica?)* fari licebat, nefastis quaedam non licebat fari. *(Varro, l. l. 6, 29. 30.)*

Fastorum libri: in quibus totius anni fit descriptio [1]).

Fenus: a fetu, quod crediti nummi alios pariant; lex de pecunia credita, fenebris.

Feretrius Jupiter: quod pacem ferre putabant, ex cujus templo sumebant sceptrum, per quod jurarent, et lapidem silicem, quo foedus ferirent. *(v. Lapidem.)*

Feriae aliae erant sine die festo, ut nundinae, aliae cum festo, ut Saturnalia, quibus adjungebantur epulationes ex proventu fetus pecorum frugumque.

Fetiales: a feriendo, apud hos enim belli pacisque faciendae jus est. *(Non. v. Fetialis. Varro, l. l. 5, 86.)*

Foedus: quod in paciscendo foedere hostia necaretur, vel a fide.

Forctes: frugi et bonus, sive validus. *(XII. 1, 5.)*

Forum sex modis intelligitur: — 2, in quo judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent; *(XII. 1, 7.)* 3, quum is, qui provinciae praeest, forum agere dicitur, quum civitates vocat, et de controversiis eorum cognoscit; 4, quod nunc vestibulum sepulcri dicari solet. *(XII, 10, 11.)*

---

1) Priscis temporibus, antequam Fasti a Cn. Flavio scriba invitis patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori haec provincia delegabatur, ut novae lunae primum observaret aspectum, visamque regi sacrificulo nuntiaret; itaque, sacrificio celebrato, idem pontifex calata in capitolium plebe, quot numero dies a calendis ad nonas superessent, pronuntiabat; et hunc diem, qui ex his diebus, qui calarentur, primus esset, placuit Calendas vocari, a καλεῖν, i. e. vocare. Macrobius, saturnalia. 1, 15.

Fulguritum: fulmine ictum, qui locus statim fieri putabatur religiosus, quod eum deus sibi dicasse videretur.

Fundus dicitur populus esse rei, quam alienat, i. e. auctor.

G.

Gens Aelia appellatur, quae ex multis familiis conficitur.

Gentilis: ex eodem genere ortus, et is, qui simili nomine appellatur, ut ait Cincius: »Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur.«

Grave aes: a pondere, quia X asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium. Sed bello Punico populus Rom., pressus aere alieno, ex singulis assibus librariis VI fecit, qui tantundem ut illi valerent.

H.

Hastae subjiciebantur ea, quae publice venundabant, quia signum praecipuum *(belli)* est hasta.

Heredium: praedium parvulum [1]).

Heres apud antiquos pro domino ponebatur.

Horctum et forctum pro bono dicebant. *(XII. 1, 5.)*

Hordiarium aes: quod pro hordeo equiti Romano dabatur.

Hortus: apud antiquos omnis villa, quod ibi, qui arma capere possint, orirentur. *(v. Heredium.)*

Hostia: ab eo, quod hostire est ferire.

Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, et qui nunc hostis, perduellis.

I.

Igitur: apud antiquos pro inde, postea, tum. *(XII. 1, 1.)*

Implorare: inclamare, ad auxilium vocare. *(XII. 8, 13.)*

Infitiari: creditum fraudare.

In procinctu factum testamentum dicitur, quod miles pugnaturus nuncupat praesentibus commilitonibus.

Insulae: quae non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur.

Internecivum testamentum: propter quod dominus ejus necatus est.

Jurare flamini Diali fas non erat.

---

1) — in XII tab. nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus, in horti vero heredium. Plin. hist. nat. 19, 4. § 50. cf. Varro, r. r. 1, 10.

Justi dies dicebantur XXX, quum exercitus esset imperatus et vexillum in arce positum. *(v. Praeliares.)*

Justum vadem: idoneum sponsorem.

L.

Lance et licio: apud antiquos, quia, qui furtum ibat quaerere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat propter matrum familiae aut virginum praesentiam. *(XII. 8, 15b.)*

Lapidem silicem tenebant juraturi per Jovem, haec verba dicentes: »Si sciens fallo, tum me Dispiter salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem.« *(Polyb. 3, 25. Gell. 1, 21.)*

Limitatus ager: in centurias dimensus.

Lituus: litis testis.

Locupletes: locorum multorum domini [1].

M.

Majora auspicia: consulum, praetorum, censorum; reliquorum minora; cum illi majores, hi autem minores magistratus dicantur.

Majorem consulem Caesar putat dici vel eum, penes quem fasces sint, vel eum, qui prior factus sit; praetorem autem majorem, urbanum, minores ceteros.

Majores flamines apellabantur patricii generis, minores plebeji.

Manceps: quod manu capiatur.

Manceps: qui quid a populo emit conducitve, quia manu sublata significat se auctorem emtionis esse, qui idem praes dicitur, quia tam debet praestare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo praes factus est.

Manumitti dicitur servus sacrorum *causa, cum dominus ejus tenens* modo caput *modo membrum aliud ejusdem servi* ita dicit: *»Hunc ego hominem liberum esse volo, ac* pro eo auri X *puri probi profani mei solvam, si* usquam digre*diatur a sacris, cum fuerit juris* sui.« Tum is ser*vum circumagit et e manu homin*em liberum mit*tit. (v. Puri.)*

Matronae a magistratibus non submovebantur, ne pulsari contrectarive viderentur, neve gravidae concuterentur. Sed nec viri earum sedentes cum uxoribus in vehiculo descendere cogebantur.

Maximam multam dixerunt 3020 assium, quia non licebat quon-

1) — locupletes dicebant loci, i. e. agri, plenos. Plin. h. n. 18, 3. § 11.

dam pluribus 30 bobus et 2 ovibus quemquam multari, aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus.

Maximus pontifex: quod maximus rerum, quae ad sacra et religiones pertinent, judex sit vindexque contumaciae privatorum magistratuumque.

Mortis causa stipulatio: ut Labeo ait, quae ita fit, ut morte promissoris confirmetur, aut, ut quidam, cujus mors fuit causa.

Multam Osce dici putant poenam quidam, Varro poenam, sed pecuniariam.

Mundus, ut ait At. Capito, ter in anno patere solet, — quos dies religiosos judicaverunt, quod eo tempore ea, quae occultae et abditae religionis deorum Manium essent, veluti in lucem quandam adducerentur; itaque per eos dies non cum hoste manus conserebant, non exercitus scribebatur, non comitia habebantur, non aliud quicquam in republica, nisi quod ultima necessitas admonebat, administrabatur [1].

Munem: officiosum, unde immunis, qui nullo fungitur officio.

Muneralis lex vocata est, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere.

Municeps est, ut Ae. Gallus, qui in municipio liber natus est; item qui ex alio genere hominum munus functus est; item qui in municipio ex servitute se liberavit a municipe; item qui ex aliis civitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum muneris partem. At Servius filius ait initio fuisse, qui ea conditione cives Romani fuissent, ut semper rempbl. separatim a populo Rom. haberent, *ut* Cumanos *(aliosque)*, qui aeque cives Rom. erant et in legione merebant, sed dignitates non capiebant.

Municipium id genus hominum dicitur, qui quum Romam venissent, neque cives Rom. essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum una cum Romanis civibus, praeterquam de suffragio ferendo aut magistratu capiendo, sicut fuerunt Fundani *(aliique)*, qui post aliquot annos cives Rom. effecti sunt. Alio modo, quum id genus hominum definitur, quorum civitas universa in civitatem Rom. venit, ut Aricini *(aliique)*. Tertio, quum id genus hominum

---

1) — mundus cum patet, deorum tristium atque inferum quasi janua patet. Propterea proelium committi, — uxorem liberorum quaerendorum causa ducere, religiosum est, Macrobius, saturn. 1, 16.

definitur, qui ad civitatem Rom. ita venerunt, ut municipes essent suae cujusque ***(quisque?)*** **civitatis et coloniae, ut Tiburtes** ***(aliique).***

Municipalia sacra: quae ab initio habuerunt ante civitatem Romanam acceptam, quae observare eos voluerunt pontifices et eo more facere, quo adsuessent antiquitus.

Murrata potione usos antiquos, judicio est, quod etiamnunc aediles per supplicationes diis addunt ad pulvinaria, et quod XII tab. *(10, 6)* cavetur, ne mortuo indatur. Murratum vinum ex uvae genere murrinae nomine.

N.

Nancitor: in XII *(12, 1)* nactus erit, praehenderit. Item in foedere latino: »Pecuniam quis nancitor, habeto;« et »Si quid pignoris nancitor, sibi habeto.«

Nec: ab antiquis pro non, ut in XII: »Ast ei *etc. (5, 7b)*, et: »Si adorat« *etc. (8, 16.)*

Nectere ligare significat.

Nefasti dies no*tantur N littera, quod iis nefas est praetori*, apud quem *lege agitur, fari tria verba: „Do, dico,* addico."

NP *nota designari solent, qui nefasti poste*riores sunt, *quorum* pars anterior fas.

Nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodcunque per aes et libram geritur, idque necti dicitur, quo in genere sunt haec: testamenti factio, nexi datio, nexi liberatio.

Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia, quae per nexum obligatur.

Ni quis scivit centuria, quae dicitur, a Servio Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua, ne quis civis suffragii jure privaretur. Sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centurio praeficitur, neque centurialis potest esse, quia nemo certus est ejus centuriae.

Novae curiae proximae compitum Fabricium aedificatae sunt, quod parum amplae erant veteres a Romulo factae, ubi is populum et sacra in partes XXX distribuerat, ut in iis sacra curarent, quae cum ex veteribus in novas evocarentur, IV curiarum per religiones evocari non potuerunt, itaque Foriensis, Raptae, Veliensis, Velitiae res divinae fiunt in veteribus curiis.

Numera senatum, ait quivis senator consuli, cum impedimento vult esse, quominus fiat SC., postulatque, ut aut res, quae

referuntur, dividantur, aut singuli consulantur, aut si tot non sint senatores, quo numero liceat perscribi SC.

Nuncupata pecunia est, ut ait Cincius, nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata: »Cum nexum« *etc.* *(XII. 6, 1).*

Nundinas feriatum diem esse voluerunt antiqui, ut rustici convenirent mercandi vendendique causa [1]; eumque nefastum, ne, si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores [2].

Nuptias dictas esse ait Aelius et Cincius, quia flammeo caput nubentis obvolvatur, quod antiqui obnubere vocarint; ob quam causam legem quoque parenstam (?) jubere, caput ejus obnubere, qui parentem necavisset, i. e. obvolvere.

O.

Obtestatio: quum deus testis in meliorem partem vocatur, detestatio, quum in deteriorem.

Occentassint: antiqui, quod nunc »convicium fecerint« dicimus, quod id clare et cum quodam canore fit; quod turpe habetur, quia non sine causa fieri putatur. *(XII. 8, 1.)*

Occisum a necato distingui quidam, quod alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. itaque in Numae legibus: »Si hominem« *etc.* et: »Homo si« *etc.* *(Leg. reg. II. 6.)*

Occupatitius ager: *qui*, *desitus* a cultoribus fre*quentari propriis,* ab *aliis est occupa*ri coeptus [3].

---

1) Harum originem quidam Romulo assignant, ut Tuditanus; sed Cassius dicit Servium nund. fecisse, ut in urbem ex agris convenirent urbanas rusticasque res ordinaturi, cui rei etiam Varro consentit. Rutilius scribit, Romanos instituisse nund., ut octo quidem diebus in agris rusticis opus facerent, nono autem die ad mercatum legesque accipiendas Romam venirent, unde etiam mos, ut leges trinundino die promulgarentur. Macrob. saturn. 1, 16.

2) Trebatius ait, nundinis magistratum posse manumittere judiciaque addicere; sed contra J. Caesar negat, nundinis concionem advocari posse, i. e. cum populo agi, ideoque nund. haberi comitia non posse. — sed lege Hortensia effectum est, ut fastae essent, ut rustici, qui nundinandi causa in urbem veniebant, lites componerent; nefasto enim die praetori fari non licebat. Macrob. l. c.

3) Occupatorii autem dicuntur agri, quos quidam arcifinales vocant; quibus agris victor populus occupando nomen dedit; bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos ejecerunt, publicavere; deinde ut quisque virtute colendi quid occupavit, arcendo vicinum arcifinalem dixit; — nec tantum occupaverunt singuli, quod colere potuissent, sed quantum in spem colendi reservavere. hi ergo agri occupatorii dicuntur. Grom. 138, 3. 137, 19. cf. Isid. 15, 13. n. 11.

Opima spolia: quae dux populi Rom. duci hostium detraxit; Varro: etiam si miles, dummodo duci hostium, *sed prima, quae dux duci; vetari enim, quae a duce recepta* non sint, ad aedem Jovis Feretrii poni; testimonio esse libros pontificum, in quibus sit: »Pro primis spoliis bove, pro secundis solitaurilibus, pro tertiis agno publice fieri debere; esse etiam Pompilii regis legem talem: »Cujus auspicio etc. *(Leg. reg. II. 4.)* [1]).

Optima lex cum dicebatur in magistro populi faciendo, qui vulgo dictator appellatur, quam plenissimum posset jus ejus esse, significabatur; postquam vero provocatio ab eo magistratu data est, quae ante non erat, desitum est adjici »ut optima lege«, utpote imminuto jure priorum magistrorum.

Orare antiquos dixisse pro agere, testimonio sunt et oratores et qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reipubl. mandatas partes agebant.

Ordo sacerdotum aestimatur deorum ordine, ut deus maximus quisque. Maximus videtur rex, dein Dialis, post hunc Martialis, quarto Quirinalis, quinto Pontifex maximus.

Osculum inter cognatos propinquosque institutum ab antiquis est, maximeque feminas [2])........

Ovibus duobus multabantur apud antiquos in minoribus delictis, ut in majoribus XXX bobus [3]), nec hunc ultra numerum excedebat multatio; sed postquam aere signato uti civitas coepit [4]), pecoraque multaticia incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta aestimatio pecoralis multae, et boves C assibus oves X aestimatae. Inde suprema multa appellatur tria millia aeris. *(v. Peculatus.)*

P.

Parrici(dii) quaestores: qui solebant creari causa rerum

1) Cf. Schwegler, röm. Gesch. 3, 200. n. 4.

2) Cato, ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an vinum olerent. Non licebat id feminis bibere. Invenimus, Egnatii Mecenii uxorem, quod vinum bibisset, interfectam fusti a marito, eumque caedis a Romulo absolutum. Plin. hist. nat. 14, 13. §. 89. — non accusatore tantum sed etiam reprehensore caruit id factum. Val. Max. 6, 3. n. 9. — *οἱ συγγενεῖς μετὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐδίκαζον, εἴ τις οἶνον εὑρεθείη πιοῦσα γύνη.* Dion. 2, 25.

3) Cautum est, ne bovem prius quam ovem nominaret, qui indiceret multam. Plin. hist. nat. 18, 3.

4) Servius rex ovium boumque effigie primus aes signavit. Plin. l. c.

capitalium quaerendarum. Nam parricida non utique is, qui parentem occidisset, sed qualemcunque hominem indamnatum. Ita fuisse indicat lex Numae his composita verbis: »Si quis« etc. *(Leg. reg. II. 12.)*

Parum cavisse videri, pronuntiat magistratus, cum de consilii sententia capitis quem condemnaturus est.

Patres appellantur, ex quibus senatus ***primum compositus; nam initio urbis*** conditae Romulus C ***viros elegit praestantissimos***, quorum consilio ***res publica ad***ministraretur, atque ***ii patres dicti sunt, quia*** agrorum partes at***tribuerant tenuioribus*** perinde ac liberis propriis.

Patricios, Cincius ait in libro de comitiis, eos appellari solitos, qui nunc ingenui vocantur.

Patricius vicus Romae dictus eo, quod ibi patricii habitaverunt, jubente Servio Tullio, ut si quid molirentur adversus ipsum, ex locis superioribus opprimerentur.

Patrocinia appellari coepta sunt, cum plebs distributa est inter patres, ut eorum opibus tuta esset.

Patronus: a patre cur ab antiquis dictus sit, manifestum, quia ***ut liberi, sic etiam clientes*** numerari inter do***mus familiam quodammodo possunt.***

Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore, siquidem ante aes signatum ob delicta poena gravissima erat II ovium et XXX bovum; eam legem sanxerunt T. Men. Lanatus et T. Sest. Capitolinus cos.; quae pecudes, postquam aere signato uti coepit populus Rom., Tarpeja lege cautum est, ut bos C, ovis X assibus aestimaretur. *(v. Ovibus.)*

Pedarium senatorem significat Lucilius, quia tacitus transeundo ad eum, cujus sententiam probat, quid sentiat, indicat.

Pedem struit, in XII *(1, 2)* significat »fugit,« ut ait S. Sulpicius.

Pellicem antiqui nominabant eam, quae uxorem habenti nubebat. Cui generi mulierum poena constituta est a Numa hac lege: »Pellex aram *etc. (Leg. reg. II. 8.)*

Pendere poenas: solvere, quod aere gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato, debitum solvebant.

Percunctatum (i. e. qui curiose per cuncta interrogat) patris familiae nomen ne quis servum manumitteret, lege sanctum fuisse, ait Cato in oratione, qua legem Orchiam dissuadet.

Plebeji aediles: qui plebiscito, ***cum plebs tributim sine***

patribus suffragium tu*lit, rogante magistratu plebejo* sunt constitu*ti, tribunorumque collegae* sunt, qni una cum *tribunis primum creati sunt dissid*ente plebe a patribus.

Plebejum magistratum neminem licet capere, nisi qui ex plebe est, *cujus* generis est *omnis magistratus, qui appellatur* isto nomine.

Pollucere merces quas cuivis deo licet, sunt far, polenta — pisces, quibus est squama, praeter scarum. *(Leg. reg. II. 1.)*

Plorare: apud antiquos inclamare; in Romuli et Tatii legibus: »Si nurus *etc.,* in S. Tullii: »Si parentem« *etc. (Leg. reg. I. 2. IV. 1.)*

Popularia sacra sunt, ut ait Labeo, quae omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt, ut Fornacalia *etc.*

Portum in XII *(2, 3)* pro domo positum.

Possessio est, ut definit Gallus Aelius, usus quidam agri aut aedificii, non ipse fundus aut ager; non enim possessio est *nisi in* rebus, quae tangi possunt; *neque* qui dicit se possidere, is vere *(suam rem?)* potest dicere; itaque in legitimis actionibus nemo ex his qui *(ex jure Quirit.?)* possessionem suam vocare audet, sed ad interdictum venit, ut praetor his verbis utatur: »Uti nunc possidetis eum fundum [1]), — uti ita possideatis, adversus ea vim fieri veto.

Possessiones appellantur agri late patentes [2]) publici privatique, qui non mancipatione sed usu tenebantur, et ut quisque occupaverat, collidebat *(possidebat?)*. *(Isid. 15, 13. n. 3.)*

Postliminium acceptum, Gallus Aelius in l. I. signif., quae ad jus pertinent, ait esse eum, qui liber, ex qua civitate in aliam abierat, in eandem redit eo jure, quod constitutum est de postliminiis; item qui servus a nobis in hostium potestatem pervenit, postea ad nos redit in ejus potestatem, cujus antea fuit, jure postliminii; equi et et muli et navis eadem ratio est; quae genera rerum ab hostibus ad nos postl. redeunt, eadem a nobis ad hostes redire possunt. Cum populis liberis et cum foederatis postliminium nobis est ita, uti cum hostibus; quae nationes in ditione nostra sunt, cum his *postliminium non est.*

---

1) — eas aedes — L. 1. pr. D. 43, 17. Uti possidetis fundum — L. 1. C. 8, 6.

2) Latifundia perdidere Italiam, jam vero et provincias. Sex domini semissem Africae possidebant, cum interfecit eos Nero princeps. Plin. hist. nat. 18, 7. § 35. Philippus, quum legem agrariam ferret, in agendo multa populariter, tum illud male: „non esse in civitate duo millia hominum, qui rem haberent. Cic. de off. 2, 21.

Potitus servitute: ut ait Labeo, qui servi*tutem servit.*

Praefecturae eae appellabantur in Italia, in quibus et jus dicebatur et nundinae agebantur, et erant quaedam earum populi Rom., neque tamen magistratus suos habebant; in quas legibus praefecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent. Quorum genera fuerunt duo: alterum, in quas solebant ire praefecti IV ex XXVI virorum numero, qui populi suffragio creati erant, in haec oppida: Capuam, Cumas *etc.*; alterum, in quas ibant, quos praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, ut Fundos, Caere aliaque complura.

Praejurationes facere dicuntur hi, qui ante alios conceptis verbis jurant, post quos in eadem verba jurantes tantummodo dicunt: »idem in me.«

Praeliares dies: quibus fas est hostem bello lacessere; erant quaedam feriae publicae, quibus nefas est id facere. *(v. Justi.)*

Praerogativae centuriae dicuntur, ut docet Varro, quo rustici Romani, qui ignorarent petitores, facilius eos animadvertere possent; Verrius probabilius judicat esse, ut cum essent designati a praerogativis, in sermonem res veniret populi de dignis indignisve, et fierent ceteri diligentiores ad suffragia de his ferenda.

Praes est is, qui populo se obligat, interrogatusque a magistratu, si praes sit, respondet: praes.

Praeteriti senatores quondam in opprobrio non erant, quod ut reges ita post consules quoque et tribuni militum consulari potestate conjunctissimos sibi quosque patriciorum et deinde plebejorum legebant; donec Ovinia tribunicia intervenit, qua sanctum est, ut censores ex omni ordine optimum quemque curiatim in senatum legerent; quo factum est, ut qui praeteriti essent et loco moti, haberentur ignominiosi.

Praetor —. Albanos rerum potitos usque ad Tullum regem; Alba deinde diruta usque ad P. Decium Murem populos Latinos ad caput Ferentinae, quod est sub monte Albano, consulere solitos et imperium communi consilio administrare; itaque quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret jussu nominis Latini, nostros in Capitolio a sole oriente auspiciis operam dare solitos.

Priscae latinae coloniae appellatae sunt, ut distinguerent a novis, quae postea a populo dabantur.

Prisci latini: hi, qui priusquam conderetur Roma, fuerunt.

Privato sumtu se alebant mili*tes Rom., antequam stipendia* mererentur, quod in *consuetudine mansit paene ad* id tempus, quod fuit paul*lo antequam Roma urbs* capta est a Gallis, *ex quo sine publico stipendio* milites non fiebant.

Privos: antiqui pro singulis; hinc privilegium.

Probrum virginis Vestalis ut capite puniretur, vir, qui eam incestavisset, verberibus necaretur, lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio consumta est, ut ait M. Cato.

.... vetant XII *tab. (9, 1.) leges privis hominibus irrogari. Veneficos* quinq*ue et XXX tribus omnino non condem*nant, quia ipsi in*dicta causa occiduntur. (XII. 8, 25b.)*

Procincta classis: exercitus ad proelium instructus, cinctus Gabino cinctu, confestim pugnaturus, quem Diali flamini videre non licuit, unde et testamentum in procinctu. *(v. Endo proc.)*

Procitum testamentum: velut procatum provocatum, i. e. irritum ac ruptum.

Procum patricium in descriptione classium, quam fecit Serv. Tullius, significat procerum; ii enim sunt principes. — Procare est poscere, ut cum dicitur in judice collocando »si alium procas« »nive eum procas,« i. e. poscis.

Produit: porro dederit, ut in lege censoria: »Porticum sartam tectamque habeto, prodito.« *(v. Sarte.)*

Prohibere comitio, dicitur vitiare diem morbo, qui vulgo quidem major, ceterum ob id ipsum comitialis appellatur. *(v. Sonticum.)*

Proletarium capite censum dictum, quod ex his civitas constet, quasi prolis progenie.

Provinciae: quod populus Rom. eas provicit, i. e. ante vicit.

Publica pondera. De his duo Silii, P. et M., tribuni plebis, rogarunt his verbis: »Ex ponderibus, quibus hac tempestate populus utier solet, uti coaequetur sedulum, ut quadrantal vini LXXX pondo sit, congius vini X, *etc.*; si quis magistratus adversus haec dolo malo pondera modiosque vasaque publica modica, majora minora faxit jussitve fieri, eum quis volet magistratus multare, dum minore parte familias taxat, liceto; sive quis eum sacrum judicare voluerit, liceto.«

Publica sacra: quae publico sumtu pro populo fiunt, quaeque pro montibus, pagis, curiis, sacellis; at privata, quae pro singulis hominibus, familiis, gentibus fiunt.

Puri, probi, profani, sui auri: dicitur in manumissione sacrorum

causa, i. e. quod in usu spurco non fuerit, recte excoctum, omni religione solutum, non alienum. *(v. Manumitti.)*

Q.

Q u a n d o r e x c o m i t i a v i t, f a s: in fastis notari solet, et hoc videtur significare, quando rex sacrificulus divinis rebus perfectis in comitium venit. — *Hujus diei* pars ant*erior nefas habetur, donec rex sacra facit*, posterior fas, *cum iis perfectis in comitium venit. (Cf.* M o m m s e n *Chronol. p. 242. n. 30.)*

Q u i h o c censetis, illuc transite, qui alia omnia, in hanc partem: his verbis petit ominis causa, ne dicat: »qui non censetis.«

R.

R a d e r e genas vetitum est in XII, *(10, 4.)* i. e. unguibus lacerare malas.

R a p i simulatur virgo ex gremio matris, aut, si ea non est, ex proxima necessitudine, quia ea res feliciter Romulo cessit.

R e c e p t i t i u m servum, Cato in suasione legis Voconiae eum ait, qui ob vitium redhibitus sit. *(Gell. 17, 6.)*

R e c i n i u m omne vestimentum quadratum ii, qui XII *(10, 3.)* interpretati sunt, esse dixerunt; Verrius togam, qua mulieres utebantur, praetextam clavo purpureo.

R e c i p e r a t i o est, ut ait Gallus Aelius, cum inter populum et reges nationesque et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.

R e c i p r o c a r e: antiqui pro »ultro citroque poscere,« quia procare est poscere. *(v. Procum.)*

R e d e m t o r e s: antiqua consuetudine qui, cum quid publice faciendum aut praebendum condixerant effecerantque, tum demum pecunias accipiebant; nam antiquitus emere pro accipere ponebatur.

R e l e g a t i: proprie, quibus ignominiae aut poenae causa necesse est, ab urbe Roma aliove quo loco abesse, lege, SC., aut edicto magistratus, ut Gallus Aelius indicat.

R e l i g i o s u m esse Gall. Aelius ait sepulcrum, sacrum aedificium consecratum deo, sanctum murum; sed ita, ut pro ratione quadam et temporibus eadem esse possint, siquidem quod sacrum est, idem lege aut instituto majorum sanctum esse putat, ut violari id sine poena non possit; idem religiosum esse, quoniam sit aliquid, quod

ibi facere non liceat, 'quod si faciat, adversus deorum voluntatem videatur facere; similiter de muris et sepulcris. Relue —

Remancipatam Ael. Gallus esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum convenerit.

Res comperendinata: judicium in tertium diem constitutum.

Reus est, ut Gall. Aelius ait, qui cum altero litem contestatam habet, sive is agit sive cum eo actum est. Reus stipulando est, qui suo nomine ab altero stipulatus est, non qui alteri adstipulatus est; reus promittendo est, qui suo nomine alteri quid promisit, *non* qui pro altero quid promisit. Capito Atejus in eadem opinione est, sed exemplo adjuvat interpretationem; nam in secunda tabula secunda lege scriptum est: »—quid horum« *etc. (XII. 2, 2.)* Hic uterque, actor reusque, in judicio rei vocantur.

Reus, cum pro ut*roque ponatur, qui aut d*icit pro se, *aut contra te agit, uterque juramen*to tuo uti p*otest.*

Rodus v. raudus significat rem rudem, nam saxum quoque raudus appellant poetae. Vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere imperfecto, sed etiam pro signato, quia in mancipando, cum dicitur »rudusculo libram ferito«, asse tangitur libra.

Rogatio est, cum populus consulitur de uno pluribusve hominibus vel rebus, de quibus non omnibus sanciatur; nam quod in omnes homines resve populus scivit, lex appellatur. Itaque Gall. Aelius ait, inter legem et rogationem hoc interest: rogatio est genus legis; quae lex, non continuo ea rogatio est; rogatio non potest non esse lex, si modo justis comitiis rogata est.

Rupitias in XII *(8, 5)* significat: damnum dederit.

S.

Sabini dicti, ut ait Varro, quod ea gens praecipue colat deos, i. e. *ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.*

Sacer mons appellatur, quod eum plebes, cum secessisset a patribus, discedentes Jovi consecraverunt. At homo sacer is est, quem populus judicavit ob maleficium; neque fas est eum imolari, sed qui occidit, parricidii non damnatur; nam lege tribunitia prima cavetur, si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Gallus Ael. ait, sacrum esse, quod quocunque modo atque instituto civitatis, sive ara sive pecunia sive quid aliud sit, Dis dedicatum atque consecratum sit; quod autem privati suae religionis causa deo dedicent, id pontifices Rom. non existimare sacrum;

at si qua sacra privata suscepta sunt, quae ex instituto pontificum stato die aut certo loco facienda sint, ea sacra appellari; ille locus, ubi ea sacra privata facienda sunt, vix videtur sacer esse.

Sacramento dicitur, quod *jurisjurandi sacrati*one interposita actum *est; unde quis sacramen*to dicitur interrogari, quia *jusjurandum interponitur.*

Sacramentum: aes significat, quod poenae nomine penditur, sive eo quis interrogatur, sive contenditur; id in aliis rebus L assium est in aliis D inter eos, qui judicio inter se contenderent. Qua de re lege L. Papirii tribuni plebis sanctum est his verbis: »Quicunque praetor posthac factus erit, qui inter cives jus dicet, IIIviros capitales populum rogato, hique IIIviri sacramenta exigunto judicantoque, eodemque jure sunto, uti ex legibus plebeique scitis exigere judicareque esseque oportet«. Sacramenti autem nomine id aes dici coeptum est, quod et propter aerarii inopiam et sacrorum publicorum multitudinem consumebatur in rebus divinis.

Sacratae leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, sacer alicui deorum sit cum familia pecuniaque [1]; sunt qui esse dicant sacratas, quas plebes jurata in monte sacro sciverit.

Sacrificulus rex: qui ea sacra, quae facere reges sueverant, facit; primus memoratur post reges exactos Sulpicius Cornutus.

Sacrosanctum: quod jurejurando interposito est institutum, si quis id violasset, ut morte poenas penderet; cujus generis sunt tribuni plebis aedilesque ejusdem ordinis, quod adfirmat M. Cato in ea, quam scripsit, aediles plebis sacro sanctos esse.

Sagmina: verbenae, i. e. herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur a consule praetoreve, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum; vel a sanciendo, i. e. confirmando. Naevius: »Jovis sacratum jusjurandum sagmine.«

Sanates dicti sunt, qui supra infraque Romam habitaverunt, quod nomen his fuit, quia cum defecissent a Romanis, brevi post redierunt in amicitiam, quasi sanata mente; itaque in XII *(1, 5.)* cautum est, ut idem juris esset Sanatibus quod Forctibus, i. e. bonis et qui nunquam defecerant a populo Romano.

*Sanates quasi sana*ti appella*ti, i. e. sanatae mentis. Serv.*

---

1) — latae leges (a Valerio Poplicola) de sacrando cum bonis capite ejus, qui regni occupandi consilia inisset. Liv. 2, 8.

Sulpicius et Opilius *existimant*, dici inferior*is superiorisque loci gentes*, ut Tiburte*s aliique* —. *Hinc*

in XII: Nex — *i solutique ac* [1])
forti, sanati — *sque idem jus esto*,
id est bonor — *um et qui defecerant sociorum. Sunt*,

qui et infer*iores dici putant colonias*, quae sunt *deductae in pris*cos latinos. — Ne Valerius *quidem Messala* in XII explanati*one rem expedivit; hic ta*men For*ctos Sanatesque* duas gentes finitimas *fuisse censet*,

de quibus le — gem hanc scrip-
tam esse qua cautu — m, ut id jus man-
ifesto [2]), *quod populu* — s. R. haberent.

Multi sunt, *quibus id, quod his pla*cuit, displi*ceat et qui explicent* sanates forcti, *quasi dictum esset sa*nati insani.

S a n c t u m: plerique, *quod qui violaverit ei* poena sit multa*ve sancita*. *(v. Religiosum).*

S a r c i t o in XII *(8, 5)* Serv. Sulpicius ait significare: »damnum solvito, praestato.«

S a r p i u n t u r vineae, i. e. putantur, ut in XII *(6, 9)*: »Quandoque sarpta« *etc.*

S a r p t a vinea: putata, i. e. pura facta; sarpere enim anitqui pro purgare ponebant.

S a r t e: in Auguralibus pro integro ponitur; ob quam causam opera publica, quae locantur ut integra praestentur, sarta tecta vocantur; etenim sarcire est integrum facere.

S a t u r a lex: multis aliis legibus confecta; itaque in sanctione legum adscribitur: »neve per saturam abrogato aut derogato.« T. Annius Luscus in ea, quam dixit adversus T. Gracchum: »Imperium, quod plebes per saturam dederat, ita abrogatum est.«

S c i t a p l e b e i: ea, quae plebs suo suffragio sine patribus jussit, plebejo magistratu rogante.

S c r i p t u r a r i u s: ager publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum aes est, quia publicanus scribendo conficit rationem cum pastore.

S e c t i o: persecutio juris.

S e c t o r e s: et qui secant, et qui emta sua persequuntur.

---

1) H u s c h k e: *mancipiique.* H u s c h k e, Nexum. p. 250. S c h w e g l e r, röm. Gesch. 3, 5. n. 2. Cf. XII. 1, 5.

2) H u s c h k e: man*cipii.*

Senacula tria fuisse Romae, in quibus senatus haberi solitus sit: 1) ubi nunc est aedes Concordiae, in quo solebant magistratus duntaxat cum senioribus deliberare, 2) ad portam Capenam, 3) citra aedem Bellonae, in quo exterarum nationum legatis, quas in urbem admittere nolebant, senatus dabatur.

Senatores: a senectute; itaque etiam patres appellati sunt. Et nunc cum senatores adesse jubentur, adjicitur »quibusque in senatu sententiam dicere licet,« quia hi, qui post lustrum conditum ex junioribus magistratum ceperunt et in senatu sententiam dicunt, non vocantur senatores antequam in senioribus sunt censi.

Senatus decretum a consulto Ael. Gallus sic distinguit, ut id dicat particulam quandam esse senatus consulti, ut cum provincia alicui decernitur, quod tamen ipsum senatus consulti est.

Sequester is dicitur, qui inter aliquos, *qui certant*, *medius*, *ut* inter eos convenerit, *ita tenet depositum ali*quid, ut ei reddat, cui id *deberi jure sibi con*stiterit.

Sestertius: quarta pars denarii, quo tempore is decussis valebat, i. e. dupondius et semis.

Sexagenarios de ponte olim dejiciebant, cujus causam Manilius hanc refert, quod *etc.* Sunt qui dicant, post urbem a Gallis liberatam, ob inopiam cibatus coeptos LX annorum homines jaci in Tiberim. Sed exploratissimum illud est causae, quo tempore primum per pontem coeperunt comitiis suffragium ferre, juniores conclamaverunt, ut de ponte dejicerentur sexagenarii, quia jam nullo publico munere fungerentur, ut ipsi potius sibi, quam illi, deligerent imperatorem. Vanam autem opinionem de ponte Tiberino confirmavit Afranius.

Sex suffragia appellantur in equitum centuriis, quae sunt adjectae ei numero centuriarum, quas Priscus Tarquinius constituit.

Sifus: pro tubis ipsis. *In le*ge rivalicia sic est, *quae lata fuit rogante* populum Serv. Sulpicio: . . . *mon*tani paganive *sifis aquam dividunto;* donec eam inter se *diviserint*, *praetor*is judicatio esto.

Sine sacris hereditas: in proverbio dici solet, cum aliquid obvenerit sine ulla incommodi appendice, quod olim heres sicut pecuniae, ita etiam sacrorum erat, ut diligentissime administrare esset necessarium.

Sonticum morbum in XII *(2, 2)* ait Aelius Stilo certum cum

justa causa; quem nonnulli putant esse, qui noceat, quod »sontes« significat nocentes. Sontica causa, a morbo sontico, propter quam quod est gerendum agere desistimus. *(v. Prohibere.)*

Sororium tigillum: quia — Horatius, quamquam a patre absolutus sceleris erat, accusatus tamen parricidii apud IIviros damnatusque provocavit ad populum, cujus judicio victor duo tigilla tertio superjecto, velut sub jugum missus, subiit.

Sors et patrimonium significat, unde consortes dicimus. *(v. Erctum.)*

Spondere antea ponebatur pro dicere, unde et respondere ad*huc manet, sed poste*a usurpari coeptum est *de promissu ex interrogatio*ne alterius.

Spondere Verrius putat dictum, quod sponte sua, i. e. voluntate, promittatur; deinde oblitus inferiore capite sponsum et sponsam ex Graeco dictam ait, quod ii σπονδὰς interpositis rebus divinis faciant.

Statuliber est, qui testamento certa conditione proposita jubetur esse liber, et si per heredem stet, quominus statu liber praestare possit quod debet, nihilominus liber esse videtur.

Status dies cum hoste *(XII, 2, 2.)* vocatur, qui judicii causa est constitutus cum peregrino; ejus enim generis ab antiquis hostes appellabantur, quod erant pari jure cum populo Rom., atque hostire ponebatur pro aequare. Plautus: »Si status condictus cum hoste intercedit dies.« *(v. Hostis.)*

Stellio, genus lacertae; ut Verrius, *quia virus in*stillet cibo, ut alii, a stellarum *similitudine, quia* varium est.

Stipatores: a stipe, quam mercedis nomine accipiant custodes cujusque corporis.

Stipem *dicebant pe*cuniam signa*tam, quod stiparet*ur; ideo stipular*i dicitur is*, *qui in*terrogat alte*rum, spondeatne stipem, i. e.* aes.

Stipem esse nummum signatum, testimonio est et id, quod datur stipendium militi, et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur.

Stipes: fustis terrae defixus.

Struere antiqui pro adjicere, augere; at in XII *(1, 2)*: »Si calvitur *etc.*, alii putant significare retrorsus ire, alii in aliam partem, alii fugere, alii gradum augere, alii minuere, cum quis vix pedem pedi praefert, otiose it, remoratur.

Sub corona venire dicuntur captivi, quia coronati solent venire.

Subjici ar*ies dicitur, qui pro occiso datur,* quod fit, ut ait Cincius, exemplo At*heniensium*, *apud quos* expiandi gratia aries

*inigitur ab eo, qui invitus s*celus admisit, poenae p*endendae loco. (Leg. reg. II. 12. XII. 8, 24. b.)*

Subigere arietem esse, ait Ant. Labeo in comm. juris pontificii, dare arietem, qui pro se agatur, caedatur.

Sublucare arbores est: ramos earum supputare et veluti suptus lucem mittere; conlucare autem succisis arboribus locum implere luce. *(XII. 7, 9.)*

Sub vos placo: in precibus id quod supplico, ut in legibus: »transque dato,« »endoque plorato.« *(XII. 8, 13.)*

Superstites testes praesentes significat, cujus rei testimonium est, quod superstitibus praesentibus ii, inter quos controversia est, vindicias sumere jubentur.

Suppremum: extremum significat in XII *(1, 9.)*: »Solis occasus« *etc. (Varro, l. l. 6, 5.)*

T.

Talionis mentionem fieri in XII *(8, 2)* ait Verrius: »Si membrum« *etc.*; neque id quid significet, indicat, puto quia notum est; permittit enim lex parem vindictam.

Taxat: ponitur in iis, quae finiuntur quoad tangi liceat; in litibus quoque judici arbitrove cum proscribitur, quoad ei jus sit statuendi, taxatio dicitur, quae fit certae summae.

Termino sacra faciebant, quod in ejus tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa statuit, eum qui terminum *etc. (Leg. reg. II. 11.)*

Tignum: non solum in aedificiis, sed etiam in vineis, ut in XII *(6, 7)*: »Tignum junctum« *etc.*

Tributorum quum sit aliud in capita, aliud ex censu, dicitur etiam quoddam temerarium, ut post urbem a Gallis captam collatum, quia proximis XV annis census actus non erat, item bello Punico secundo.

Triginta lictoribus lex curiata fertur [1]), quod, Hanni*bal in propinquitate* Romae cum esset nec ex praesidi*is discedere liceret,* Q. Fabius Maximus, *et M. Cl. Mar*cellus coss. facere in*stituerunt, ut nota*vit Aelius.

---

1) — comitiis illis ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per 30 lictores auspiciorum causa adumbratis — Cic. de lege agr. 2, 12. Mommsen initium sic restituendum censet: „*Transit imperium neque denuo* lex“ etc. Rhein. Mus. f. Philol. 13, 565.

Tuguria: a tecto, *domicilia rusticorum* sordida, quo nomine *Messala in explanatione* XII *(7, 3)* ait etiam .... *significari*.

Turmam equitum: quasi terimam, quia ter deni equites ex III tribubus Titiensium Ramnium Lucerum fiebant.

U.

Unciaria lex: quam L. Sulla et Pomp. Rufus tulerunt, qua sanctum est, ut debitores decimam partem *sortis annuis usuris penderent* [1]).

Urbana tribus: in quas urbs erat dispertita a Servio Tullio rege, i. e. Suburana, Palatina, Exquilina, Collina.

Uxorium pependisse dicitur, qui quod uxorem non habuerit, res populo dedit.

V.

Vadem sponsorem significat datum in re capitali.

Vagulatio in XII *(2, 3)* significat quaestionem cum convicio: »Cui testim. *etc.*

Vectigal: aes quod ob tributum et stipendium, et equestre et ordinarium, populo debetur.

Velati: vestiti et inermes, qui exercitum sequebantur, quique in mortuorum militum loco substituebantur. *(v. Accensi, Adscriptitii.)*

Venditiones dicebantur olim censorum locationes, quod velut fructus publicorum locorum venibant. *(Lex agr. Thor. 42.)*

Ver sacrum vovendi mos fuit Italis. Magnis enim periculis adducti vovebant, quaecunque proximo vere nata essent apud se animalia, immolaturos. Sed quum crudele videretur, pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam aetatem velabant atque ita extra fines suos exigebant.

Versuram facere: mutuam pecuniam sumere; ex eo dictum, quod initio qui mutuabantur ab aliis, non ut domum ferrent, sed ut aliis solverent, velut verterent creditorem.

Vespillones: qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. *(L. 7. D. 36, 1.)*

Viae sunt et publicae, per quos ire agere vehere omnibus licet, et privatae, quibus vetitum uti, praeter eos, quorum sunt. In XII *(7, 7)* est: »Amsegetes vias« *etc.*

---

1) Ita Nieb. Müller: *duodec. part. usurarum solutarum sorti detraherent.*

Viatores appellantur, qui magistratibus apparent; eo quia initio, omnium tribuum cum agri in propinquo erant urbis atque assidue homines rusticabantur, crebrior opera eorum erat in via, quam urbe, quod ex agris plerumque evocabantur a magistratibus.

Vici appellari incipiunt ex agris, qui ibi villas non habent, ut Marsi aut Peligni, sed ex vicis partim habent rem publ. et jus dicitur, partim nihil eorum et tamen ibi nundinae aguntur negotii gerendi causa, et magistri vici item magistri pagi quotannis fiunt.

Viginti quinque poenas in XII *(8, 4)* significat XXV asses.

Vindex: ab eo, quod vindicat, quominus is, qui prensus est, ab aliquo teneatur.

Vindiciae appellantur res eae, de quibus controversia; quod potius dicitur vis, quam fit, inter eos qui contendunt. Cato: »praetores secundum populum vindicias dicunt.« Cincius: »Vindiciae olim dicebantur *glebae* illae, quae ex fundo

sumptae in jus allatae erant.« At Serv. Sulpicius *nomine et*iam singulariter formato vindiciam esse ait *eam rem,* qua de re controversia est, ab eo quod vindicatur .... et in XII: »Si vindiciam falsam tulit, si velit is .... tor [1]) arbitros tres dato, eorum arbitrio .. [2]) fructus duplione damnum decidito.

Viritanus ager: qui viritim populo distribuitur.

II. M. Terentius Varro.

1. E libris de lingua latina [3]).

Lib. V.

3. Hostis verbo ante dicebant peregrinum, qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tum dicebant perduellem.

22. Ambitus est quod circumeundo teritur, nam ambitus circuitus, ab eoque XII tab. *(7, 1)* interpretes ambitus parietis circuitum esse describunt.

27. Lege praediorum urbanorum scribitur: »Stillicidia fluminaque ut fluant ita cadantque«; stillicidium eo, quod stillatim cadat, flumen, quod fluit continue.

---

1) Cujac.: *rei sive litis praetor.* Müller: *stlitis et vindiciarum praetor.*

2) Müller: *possessor s. reus.*

3) Varronis de ling. lat. quae supersunt, ed. O. Müller. 1833.

34. Actus finis in latitudinem pedes IV, in longitudinem pedes CXX, in quadratum et latum et longum ped. CXX.

35. Jugerum dictum junctis duobus actibus quadratis [1]. Centuria primo a centum jugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen.

40. Praedia dicta, item ut Praedes, a praestando, quod ea pignore data publice mancupis fidem praestent.

55. Ager Romanus primum divisus in partes tres, a quo tribus appellata Tatiensium Ramnium Lucerum, nominatae ut ait Ennius a Tatio, a Romulo, a Lucumone. Sed omnia haec vocabula Tusca, ut Volnius, qui tragoedias Tuscas scripsit, dicebat.

80. Praetor dictus, qui praeiret jure et exercitu, a quo id Lucilius: »Ergo praetorum est antidire.« Quaestores: qui conquirerent publicas pecunias et maleficia, quae IIIviri capitales nunc conquirunt; ab his postea, qui quaestionum judicia exercent, quaestores dicti. Aedilis, qui aedes sacras et privatas procuraret.

83. Pontifices: ut Q. Scaevola dicebat, a posse et facere, ut potifices; ego a ponte arbitror, nam ab his Sublicius est factus primum, quum in eo sacra et uls et cis Tiberim non mediocri ritu fiant.

84. Flamines: quod in Latio capite velato erant semper, ac caput cinctum habebant filo, flamines dicti.

86. Feciales: quod fidei publicae inter populos praeerant; nam per hos fiebat, ut justum conciperetur bellum, et ut foedere fides pacis constitueretur. Ex his mittebantur antequam conciperetur bellum, qui res repeterent, et per has etiam nunc fit foedus, quod »fidus« Ennius scribit dictum.

91. Peculatum: publicum *(furtum dicebant)* primo tum, cum pecore diceretur multa et id esset coactum in publicum, si erat aversum. *(Fest. v. Pecul.)*

140. Arcera, quae in XII *(1, 3)* appellatur, quod ex tabulis vehiculum erat factum, ut arca, arcera dictum.

145. Quo conferrent suas controversias, et quae vendere vellent, quo ferrent, forum appellarunt.

155. Comitium: ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis et litium causa. Curiae duorum generum, nam et ubi curarent sacer-

---

1) Jugum vocabatur, quod uno jugo boum in die exarari posset; actus, in quo boves agerentur cum aratro, uno impetu justo. Hic erat CXX pedum, duplicatusque in longitudinem jugerum faciebat. Plinius, hist. nat. 18, 3. n. 9.

dotes res divinas, ut curiae veteres, et ubi senatus humanas, ut curia Hostilia, quod primum aedificavit Hostilius rex.

175. Arrabo: pecunia sic data, ut reliquom reddatur; a Graeco *ἀρραβών*. Reliquom, quod ex eo, quod debitum, reliquum.

177. Multa: pecunia quae a magistratu dicta, ut exigi posset, ob peccatum; quod singulae dicuntur additae esse multae, et quod olim unum dicebant multam. *(Gell. 11, 1. Fest. v. Multam.)*

179. Mutuum: si datum quod reddatur, quod Siculi *μοῖτον*. Munus: quod muniendi causa imperatum, a quo municipes, qui una munus fungi debent.

180. Sacramentum: ea pecunia, quae in judicium venit in litibus. Qui petebat et qui inficiebatur, de aliis rebus utrique D aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus alio legitimo numero; qui judicio vicerat, suum sacramentum e sacro auferebat, victi ad aerarium redibat.

181. Tributum: quod ea pecunia, quae populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. Ab eo, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, tribuni aerarii dicti; id quod attributum erat, aes militare.

182. Stipendium: a stipe, quod aes quoque stipem dicebant; nam quod asses librales pondo erant, qui acceperant majorem numerum, non in arca ponebant, sed in aliqua cella stipabant, i. e. componebant, quo minus loci occuparet; a stipando stipem dicere coeperunt. Stips a *στοιβὴ* fortasse. Id apparet, quod, ut tum institutum, etiam nunc diis cum thesauris asses dant, stipem dicunt, et qui pecuniam alligat, stipulari et restipulari. Militis stipendia ideo, quod eam stipem pendebant; ab eo Ennius: »Poeni stipendia pendunt.« *(Fest. v. Stipem.)*

183. Ab eodem aere pendendo dispensator, et in tabulis scribimus expensum. Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram trutinam habet positam. *(Fest. v. Dispensator.)*

Lib. VI.

5. Suprema: summum diei. Hoc tempus XII *(1, 9.)* dicunt occasum esse solis; sed postea lex Plaetoria id quoque tempus jubet esse supremum, quo praeco in comitio supremam pronuntiavit populo [1]. *(cf. 6, 89.)*

[1] Plurimi „supremam“ post occasum solis esse existimant, quia in XII (1, 9) scriptum sic: „Sol occasus *etc.* Sed postea M. Plaetorius, tribunus plebis, scitum tulit, in quo scriptum est: „Praetor urbanus, qui nunc est quique post

13. Terminalia: quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius, et quom intercalatur, inferiores V dies duodecimo demuntur mense.

29. Dies fasti: per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Comitiales: quod tum ut coiret populus constitutum est ad suffragium ferendum; nisi si quae feriae conceptae essent, propter quas non liceret, ut Compitalia et Latinae [1].

30. Nefasti dies: per quos nefas fari praetorem: »Do, Dico, Addico;« itaque non potest agi, necesse enim aliquo eorum uti verbo, cum lege quid peragitur. Quod si tum imprudens id verbum emisit ac quem manumisit, ille nihilo minus est liber, sed vitio, ut magistratus vitio creatus nihilo secius magistratus. Praetor qui tum fatus est, si imprudens fecit, piaculari hostia facta piatur; si prudens dixit, Q. Mucius ambigebat, eum expiari ut impium non posse.

31. Intercisi dies sunt, per quos mane et vesperi est nefas, medio tempore, inter hostiam caesam et exta porrecta, fas; a quo quod fas tum intercedit, aut eo est intercisum nefas, intercisum. Dies qui vocatur sic: »Quando rex comitiavit, fas,« dictus ab eo, quod eo die rex sacrificiolus itat ad comitium; ad quod tempus est nefas, ab eo fas; itaque post id tempus lege actum saepe.

68. Quirites a Curensibus; ab his qui cum Tatio rege in societatem venerunt civitatis.

69. Spondere est dicere »spondeo;« a sponte, nam id valet a voluntate; — spondet enim, qui dicit a sua sponte »spondeo.« Spondet etiam sponsor, qui ut idem faciat, obligatur.

70. Sponsus, consponsus [2]; hoc Naevius significat, cum ait »consponsi.« Spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa. Appellabatur et pecunia et quae desponsa erat, sponsa; quae pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio; quoi desponsa quae erat, sponsus.

---

hac fuat, duos lictores apud se habeto, isque usque ad supremam jus inter cives dicito.“ Censor., de die natali. 24. XII tabulis ortus tantum et occasus nominantur; post aliquot annos adjectus est et meridies, accenso consulum id pronuntiante, quum a curia inter rostra et graecostasin prospexisset solem, — sed hoc serenis tantum diebus, usque ad primum Punicum bellum. Plin. h. n. 7, 60. n. 212.

1) Fasti, quibus licet fari praetori tria verba solennia „do, dico, addico; comitiales, quibus cum populo agi licet. Fastis quidem lege agi potest, cum populo non potest, comitialibus utrumque potest. Macrob. saturn. 1, 16.

2) Huschke, (Zeitschr. 10, 329.) §§ 69 et 70 ita conjungendas putat: *Qui, ut idem faciat, obligatur sponsu: consponsus.*

71. **Qui spoponderat filiam, despondisse dicebatur, quod de sponte ejus, i. e. de voluntate, exierat; non enim si nolebat non dabat** [1]**, quod sponsu erat alligatus; quod tum et praetorium jus** ad legem, et censorium judicium ad aequum existimabatur [2].

72. Respondere: cum ad spontem responderent, i. e. ad voluntatem; itaque non spondet ille, qui dixit »spondeo,« si jocandi causa dixit; itaque quoi quis dicit in tragoedia: »Meministin'te despondere mihi gnatam tuam?« quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu.

74. Praes: qui a magistratu interrogatus, in publicum ut praes sit; a quo et, quum respondet, dicit: »praes.« Vas, qui pro altero vadimonium promittebat. Consuetudo erat, quum reus parum esset idoneus inceptis rebus, ut pro se alium daret; a quo caveri postea lege coeptum est ab his, qui praedia venderent, vades ne darent; ab eo scribi coeptum in lege mancipiorum; »Vadem ne poscerent nec dabitur.«

81. Cerno: pro »video«; a cereo, i. e. a creando, quod, quum quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc in testamento »cernito«, i. e. facito videant te esse heredem, itaque in cretione adhibere jubent testes [3].

86. . . . nunc primum de censoriis tabulis:

„Ubi noctu in templum censurae auspicaverit, praeconi sic imperato, ut viros vocet: »Quod bonum fortunatum felixque salutareque sit populo Rom. Quir., reique publicae populi Rom. Quir., mihique collegaeque meo, fidei magistratuique nostro! omnes Quirites, pedites, armatos privatosque, curatores omnium tribuum, si quis pro se sive pro altero rationem dari volet, voca inlicium huc ad me.«

87. Praeco in templo primum vocat, postea de moeris item vocat," *etc.*

88. In commentariis consularibus scriptum sic inveni:

„Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc: »Calpurni, voca inlicium omnes Quirites huc ad me.« Accensus dicit sic: »Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad judices.« Dein consul eloquitur ad exercitum: »Impero qua convenit ad comitia centuriata.«"

89. Quare hic accenso illic praeconi dicit, haec est causa: in

---

1) Ita Müller; codd. mss.: *non enim si volebat dabat*, quod retinendum censent Lachmann et Huschke, p. 335.

2) Cf. Gell. 4, 4. L. 1—3. D. 23, 1. Huschke, p. 315.

3) — cognovi cretionem Cluvii, liberam cretionem, testibus praesentibus, LX diebus. Cic. ad Att. 13, 46.

aliquot rebus item ut praeco accensus acciebat, a quo accensus quoque dictus. Accensum solitum ciere, Aquilii Boeotia ostendit hoc versu: »Ubi primum accensus clamarat meridiem.« Hoc idem Cosconius in actionibus scribit, praetorem accensum solitum esse jubere, ubi ei videbatur, horam esse tertiam, inclamare horam tertiam esse, itemque meridiem et horam nonam.

90. Circum moeros mitti solitus, quomodo inliceret populum in eum locum, unde vocare posset ad concionem, non solum ad consules et censores sed etiam quaestores, commentarium indicat vetus anquisitionis M. Sergii quaestoris, qui capitis accusavit Qu. Trogum, in qua sic est:

91. „Auspicio orando sede in templo; commeet tum praeco, reum vocet ad te, et eum de moeris vocet praeco; cornicinem ad privati januam et in arcem mittas, ubi canat; collegam roges, ut comitia edicat de rostris, et argentarii tabernas occludant; patres censeant exquiras, et adesse jubeas consules praetores tribunos plebis collegasque tuos in templo omnes; ac cum mittas, concionem advoces".

93. Ad comitia tum vocatur populus ideo, quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare; censor consul dictator interrex potest, quod censor exercitum centuriato constituit quinquennalem, quum lustrare et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator et consul in singulos annos, quod hic exercitui imperare potest, quo eat, id quod propter centuriata comitia imperare solent.

94. Quare non est dubium, quin hoc inlicium sit, quum circa muros itur, ut populus inliciatur ad magistratus conspectum, qui Quirites vocare potest in eum locum, unde vox ad concionem vocantis exaudiri possit.

95. Hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur consuli adest, cum exercitus imperatur, ac praeit, quid eum dicere oportet. Consul auguri imperare solet, ut is inlicium vocet, non accenso aut praeconi.

Lib. VII.

15. Anfractum est flexum, ab ambitu et frangendo; ab eo leges jubent in directum pedes VIII esse, in anfr. XVI. *(XII. 7, 6.)*

93. Jurgio, i. e. litibus; itaque quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis; ideo in actionibus videmus dici: »Quam rem, sive mi litem dicere oportet«; ex quo licet videre jurgare esse ab jure dictum, quum quis jure litigaret. *(Non. v. Jurgium.)*

105. Nexum Mamilius scribit, omne quod per libram et aes

geritur, in quo sint mancipia; Mucius, quae per aes et libram fiant, ut obligentur, praeter quae mancipio dentur. Hoc verius esse ipsum verbum ostendit, de quo quaerit; nam idem, quod obligatur per libram neque suum fit, inde nexum dictum. Liber, qui suas operas in servitutem pro pecunia qua*da*m debebat [1], dum solveret, nexus vocatur. Hoc, C. Publilio auctore, (Poetelio) Visolo dictatore sublatum, ne fieret; ut omnes, qui bonam copiam jurarunt, ne essent nexi, sed soluti. *(Liv. 8, 28.)*

Lib. VIII.

4. Ut in hominibus quaedam sunt agnationes et gentilitates, sic in verbis; ut enim ab Aemilio homines orti Aemilii, ac gentiles: sic ab Aemilii nomine declinatae voces in gentilitate nominali, ut Aemilius, — i, — um, — os, — orum.

2. E libris de re rustica [2].

Lib. I.

1. 2, 9. C. Licinii Stolonis illa lex est, quae vetat, plus D jugera habere civem Romanum. — Ejusdem gentis C. Licinius, tribunus plebis cum esset, post reges exactos annis 365 primus populum ad leges accipiendas in VII jugera forensia e comitio eduxit [3].

2. 10, 2. Modos, quibus metirentur rura, alius alias constituit. Apud nos in agro Romano ac Latino metiuntur jugeris. Bina jugera, quod a Romulo primum divisa dicebantur viritim [4], quae heredem sequerentur, heredium appellarunt [5]. Haec postea a centum centuria dictum.

Lib. II.

3. 1, 9. — mulcta etiamnunc ex vetere instituto bubus et ovibus dicitur. *(Fest. v. Ovibus. Peculatus.)*

---

1) — *quam debet, dat* — Schwegler, röm. Gesch. 2, 221.

2) Scriptores rei rusticae. ed. Gesner. 1773. Tom. I. p. 137.

3) Cic. de amic. 25: C. Licinius Crassus primum instituit, in forum versus agere cum populo. Colum. de r. r. 1, 3. § 10: — post reges exactos Liciniana illa illa VII jugera, quae plebi tribunus viritim diviserat, majores quaestus antiquis retulere, quam nunc nobis praebent amplissima veterata. Huschke, üb. d. Stelle d. Varro v. d. Liciniern. 1835.

4) Bina tunc jugera populo Rom. satis erant, nullique majorem modum attribuit (Romulus). — M. Curii nota concio est: Perniciosum intelligi civem, cui VII jugera non essent satis. Haec autem mensura plebei post exactos reges assignata est. Plin. hist. nat. 18, 2. n. 4. De VII jug. cf. Val. Max. 4, 3. § 5; 4, 4. § 6. 7. 11; 4, 8. § 1.

5) Cf. Fest. v. Heredium.

1, 15. Quarta pars est de jure in parando, quemadmodum quamque pecudem emi oporteat civili jure. Quod enim alterius fuit, id ut fiat meum, necesse est aliquid intercedere; neque in omnibus satis est stipulatio aut solutio nummorum ad mutationem dominii. 4.

1, 16. Greges abiguntur ex Apulia in Samnium atque ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus paverint, lege censoria committant. 5.

2, 5. In emptionibus o v i u m jure utimur eo, quod lex praescripsit; in ea enim alii plura alii pauciora excipiunt; prisca formula stipulatur emtor sic: »Illasce oves, qua de re agitur, sanas recte esse, uti pecus ovillum quod recte sanum est, extra luscam surdam *etc.*, neque de pecore morboso esse, habereque recte licere; haec sic recte fieri spondesne« [1]? Cum id factum est, tamen grex dominum non mutavit, nisi sit aes adnumeratum. Nec non emtor potest ex emto vendito illum damnare, si non tradet, quamvis non solverit nummos; ut ille emtorem simili judicio, si non reddit pretium. 6.

5, 11. Cum emimus boves, stipulamur sic: »Illosce boves sanos esse, noxisque *solutos* praestari, spondesne?« Paulo verbosius, qui Manilii sequuntur actiones. 7.

10, 4. In emtionibus dominum legitimum VI fere res perficiunt: si hereditatem justam adiit; si ut debuit mancipio ab eo accepit, a quo jure civili potuit; si in jure cessit, qui potuit cedere et id ubi oportuit; si usu cepit; si e praeda sub corona emit, tumve cum in bonis sectioneve cujus publice venit. 8.

III. Nonius Marcellus.

E libris de compendiosa doctrina [2].

A r c e r a: plaustrum rusticum, tectum undique quasi arca. Hoc autem vehiculi genere senes et aegroti vectari solent. *(XII. 1, 3.)*

C a l v i t u r: frustratur, a calvis mimicis, quod sint omnibus frustratui. Lucilius: »Si non it, capito, inquit, eum; et si calvitur, ergo fur dominum.« *(endo ferto manum? XII. 1, 1. 2.)*

---

1) Cf. formulas apud C a t o n e m, de re rust. 144—150. v. c. eam de vendenda olea pendente: — „recte, haec dari fierique satisque dari domino, aut cui jusserit, promittito satisque dato arbitratu domini; donicum solutum erit aut ita satis datum erit, quae in fundo illata erunt, pigneri sunto; ne quid eorum de fundo deportato; si quid deportaverit, domini esto."

2) Nonii de comp. doctr. per litteras. ed. G e r l a c h et R o t h. 1842.

Citum: divisum vel separatum. Virg. Aen. 8, 642. *(Serv. ad h. l.)*

Fetiales. De his scribit Varro, de vita pop. Rom. l. II: »Itaque bella et tarde et magna licentia suscipiebant; quod bellum nullum nisi pium putabant geri oportere, priusquam indicerent bellum iis, a quibus injurias factas sciebant, fetiales legatos res repetitum mittebant IV, quos oratores vocabant.« Idem l. III: »Si cujus legati violati essent, qui id fecissent, quamvis nobiles essent, ut dederentur civitati, statuerunt, fetialesque XX, qui de his rebus cognoscerent judicarent et statuerent, constituerunt.« *(Fest. v. Orare.)*

Jurgium: levior res est inter benevolos aut propinquos; lis inter inimicos dissensio. Jurgare igitur lex *(XII. 7, 5)* putat inter se vicinos, non litigare. *(Varro, de r. r. 7, 93.)*

Nubentes veteri lege Romana asses tres ad maritum venientes solebant ferre: unum, quem in manu tenerent, tanquam emendi causa marito dare; alium, quem in pede haberent, in foco larum familiarium ponere; tertium, quem in sacciperione condidissent, compito vicinali solere resonare; quos ritus Varro, de vita pop. Rom., diligentissime percucurrit.

Plebitas: ignobilitas. Cato: »propter tenuitatem et plebitatem«. Hemina: »Quicunque propter plebitatem agro publico ejecti sunt« [1].

Proletarii: plebeji, qui nihil reipublicae exhibeant, sed tantum *ad* prolem sufficiant, (qui non amplius quam MD aeris in censum deferebant.) Varro: »quibus erant pecuniae satis, locupletes, assiduos; contrarios proletarios«. Assiduo neminem vindicem voluerunt nisi locupletem.

Ricinium: palliolum femineum breve, quod nunc mafurtium dicitur. Varro, de vita pop. Rom.: »Et quo mulieres in luctibus, quum omnem vestitum delicatiorem ac luxuriosum ponunt, ricinia sumunt.«

Scripturarios: veteres, quos nunc tabularios dicimus; quod scripturis vel commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius: »Publicanus vero ut Asiae fiam, ut scripturarius.«

Viritim: separatim et per singulos viros. Varro, in vita pop. Rom.: »Et extra urbem in regiones XXVI agros viritim liberis attribuit«. Tullius, de rep. *(2, 14)*: »(Numa) primus agros, quos bello Romulus ceperat, divisit viritim civibus«.

---

1) — exactis regibus servili imperio patres plebem exercere — agris pellere — Sallust. hist. fragm. 1, 11. (Ed. Gerlach.)

M. Valerius Probus.

Ex opusculo de notis antiquis [1]).

Apud veteres cum usus notarum nullus esset, propter scribendi facultatem, maxime in senatu qui scribendo aderant, ut celeriter dicta comprehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant, et singulae litterae quid significarent, in promtu erat. Quod in praenominibus, legibus publicis pontificumque monumentis, et in juris civilis libris etiam nunc manet. — —

§ III. Litteras singulares in jure civili et legibus et plebiscitis haec ponimus: — —

13, J.N.Q.Q. = justis nuptiis quaesitos quaesitas.

14, S.Q.S. *etc.* = si quid sacri sancti (sacrosancti) est, quod non jure sit rogatum, ejus hac lege nihil rogatur.

§ IV. In legis actionibus haec:

1. A.T.M.D.O. = ajo te mihi dare oportere.
2. Q.N.T.S.Q.P. = quando negas, te sacramento quingenario provoco.
3. Q.N.A.N.N. = quando neque ais neque negas.
4. E.J.M.C.V. = ex jure manum consertum vocavit.
5. S.N.S.Q. = si negat, sacramento quaerito.
6. S.S.C.S.D.E.T.V. = secundum suam causam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta.
7. Q.J.J.T.C.P.A.F.A. = quando in jure te conspicio, postulo, an fuas auctor.
8. T.P.R.J.A.V.P.V.D. = te praetor, judicem arbitrumve postulo uti des.
9. J.D.T.S.P. = in diem tertium sive perendinum.
10. A.L.E. = arbitrium liti extimandae.
11. Q.B.F. = quaere bonum factum.

§ V: In edictis perpetuis haec: — —

7. Q.E.R. *etc.* = quanti ea res erit, tantae pecuniae judicium recuperatorium dabo, testibusque publice duntaxat (X) denuntiandi potestas fiet [2]).

---

1) Probus, de notis antiquis, herausg. v. Mommsen, 1853.
2) Cf. Ed. Venafr. supra p. 82. v. 61—63.

IV. Scholiastae.

1. Helenius Acron in Horatium [1]).

A. In satiras.

1. 1, 1. v. 11. Vadibus, i. e. sponsoribus; a vadimonio, quod promittit is, qui ad judicium provocatur, certo die adfuturum. Vades ideo dicti, quod, si eos dederit, vadendi habeat potestatem.

2. 1, 9. v. 36. „*Vadato*": in judicio, quia vadatus eum fuerat, vel quia eum vadimonio obligaverat; est verbum commune: vado i. e. voco te ad judicium; vador, i. e. vocor a te ad judicium. — v. 76.

3. Denuntiantes litem antestatos habebant, quibus praesentibus conveniebant, ita ut aurem eis tertio vellerent. Sic Servius magister urbis exponit. Alii sic: Solebant testium aures tenere et ita dicere: »Memento, quod tu mihi in illa causa testis eris;« quod est antestari. Aliter: Antestari, i. e. teste uti, quod judicii causa volo manum injicere. Nam haec erat consuetudo, si quis vadato non paruisset, ei adversarius aliquem de praesentibus antestabatur, i. e. tangebat ejus aurem et dicebat »Licetne antestari?« Si respondisset ille: »Licet!« tunc injiciebat vadatus manum in eum, qui non paruisset, et ducebat in judicium; aliter si injecisset manum, injuriarum poterat reus constitui.

4. 2, 7. v. 58. Gladiatores, qui se vendunt ludo, auctorati vocantur; qui emunt, cautiones hujusmodi faciebant: »uri flammis, virgis secari,
5. ferro necari.« — v. 76. Vindicta, i. e. virga, qua percutiebantur servi, cum liberi fiebant; vel virga, quae ante imponebatur super caput eorum, qui manumittebantur.

B. In epistolas.

6. 1, 1. v. 62. Roscius jussit, non debere fieri equitem Romanum, nisi haberet quadringenta millia aeris. *(Cf. Porph. 4.)*

2. Asconius Pedianus in Ciceronem [2]).

A. In orat. pro Cornelio.

Pag. 57. Cornelius, tribunus plebis, promulgavit legem, ne quis nisi per populum legibus solveretur. Quod antiquo quoque jure erat cautum; itaque in omnibus SCC, quibus aliquem legibus solvi placebat, adjici erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur: sed pau-

1) Horatii opp. c. scholiis Acronis et Porphyrionis, ed. Braunhard. 1835.
2) Ciceronis opp. ed. Orellius. Vol. V. Ciceronis scholiastae. 1833. P. II. p. 1. seqq.

latim ferri erat desitum, resque jam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adjiceretur quidem in SCC de rogatione ad populum ferenda, eaque ipsa SCC per pauculos admodum fiebant. Indigne eam Cornelii rogationem tulerunt potentissimi quique ex senatu, quorum gratia magnopere minuebatur. Itaque P. Servilius Globulus, trib. pleb., inventus est, qui tribunitiam intercessionem diceret. — —

Tum Cornelius ita ferre rursus coepit, ne quis in senatu legibus solveretur, nisi CC adfuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur. Haec sine tumultu res acta est. Nemo enim negare poterat, pro auctoritate senatus esse eam legem.

Pag. 58. Aliam deinde legem Cornelius, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit: ut praetores ex edictis suis perpetuis jus dicerent; quae res cunctam gratiam ambitiosis praetoribus, qui varie jus dicere solebant, sustulit.

B. In orat. in toga candida.

Pag. 84. Graeci spoliati eduxerunt Antonium in jus ad praetorem, qui jus inter peregrinos dicebat; et quum praetor id, quod Graeci postulabant, decrevisset, appellavit tribunos Antonius juravitque, se id ejurare, quod aequo jure uti non posset. Hunc Antonium censores senatu moverunt, quod judicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia manciparit, bonaque sua non in potestate haberet [1]).

3. Pseudo-Asconius in Ciceronem [2]).

A. In Divinationem.

Pag. 103. § 8. Gracchus legem tulerat, ut equites judicarent, et judicaverunt per annos XL sine infamia; post Sylla, ut senatorius ordo judicaret, et judicavit per X annos turpiter; nunc Cotta, ut senatores et equites et tribuni aerarii simul judicent. — Regendis moribus civitatis censores quinto quoque anno creari solebant. Hi

---

1) — ubi sunt ii fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit? Cic. de orat. 55. — venire omnes suas possessiones, et patrimonio se ornatissimo spoliari maluit (Sittius,) quam ullam moram cuiquam fieri creditorum suorum; — nunquam sibi cognationem cum praediis esse existimavit suis. Cic. pro Sulla. 20, 59. Rudorff, röm. Feldm. 2, 303. Schwegler, röm. Gesch. 2, 445.

2) Ciceronis scholiastae supra p. 138. n. 2. citt. P. II. p. 97 seqq.

cives sic notabant: ut qui senator esset, ejiceretur senatu; qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebejus, in Caeritum tabulas referretur et aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc esset civis tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine aera praeberet.

Pag. 104. § 11. Qui defendet alterum in judicio, aut patronus dicitur, si orator est; aut advocatus, si aut jus suggerit aut praesentiam suam accommodat amico; aut procurator, si absentis negotium suscipit; aut cognitor, si praesentis causam novit et sic tuetur ut suam. Ergo cognitorem dicit familiarissimum defensorem.

Pag. 110. § 24. Quadruplatores delatores erant criminum publicorum, in qua re quartam partem de proscriptorum bonis, quos detulerant, consequebantur. Alii dicunt, quadruplatores esse eorum reorum accusatores, qui convicti quadrupli damnari soleant, ut aleae aut pecuniae gravioribus usuris foeneratae [1]).

Pag. 113. § 33. Mancipes sunt publicanorum principes, qui quaestus sui causa si decumas redimunt, decumani appellantur, si portum aut pecua publica, portitores aut pecuarii, quorum ratio scriptura dicitur. Hi enim exigenda a sociis suo periculo exigunt et rei publicae repraesentant, providentes etiam in illa redemtione commodis suis [2]).

Pag. 118. § 48. »Alienum«, i. e. alterius judicii, et non ex auditorio praetoris majorumque causarum, sed a subselliis, h. e. non a tribunalibus; sunt enim subsellia tribunorum IIIvirorum quaestorum et hujusmodi minora judicia exercentium, quia non in sellis curulibus nec tribunalibus sed in subselliis considebant.

B. In orat. in Verrem.

Pag. 164. II. 1. § 26. Comperendinatio est ab utrisque litigatoribus invicem sibi denuntiatio in perendinum diem. Namque cum in rem aliquam agerent litigatores et poena se sacramenti peterent, poscebant judicem, qui dabatur post trigesimum diem, quo dato deinde inter se comperendinum diem, ut ad judicem venirent, denuntiabant.

Pag. 172. II. 1. § 52. Sectorem dicit aestimatorem redemtoremque bonorum damnati atque proscripti, qui spem sectans lucri sui, i. e.

---

1) Majores nostri ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, foeneratorem quadrupli. Quanto pejorem civem existimarint foeneratorem quam furem, hinc licet existimari. Cato, de re rust. prf.

2) Mancipes, qui emerunt lege dicta jus vectigalis, ipsi per centurias locaverunt aut vendiderunt proximis quibusque possessoribus. Gromat. 116, 21.

secutus spem aestimationis suae, bona omnia auctione vendit, et semel infert pecuniam aerario vel sociis.

Pag. 175. II. 1. § 60. Moris fuit, unumquemque domesticam rationem sibi totius vitae suae per dies singulos scribere, quo appareret, quid quisque de reditibus suis, quid de arte foenere lucrove seposuisset, et quo die, et quid item sumtus damnive fecisset. Sed postquam obsignandis litteris reorum ex suis quisque tabulis damnari coepit, ad nostram memoriam tota haec vetus consuetudo cessavit.

Pag. 177. II. 1. § 61. Sectores dicti, quia spem lucri sui secuti bona condemnatorum semel auctionabantur, proque his pecunias pensitabant populo, singulis postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia venditurі.

Pag. 190. II. 1. § 114. »Postquam jus praetorium constitit«, dixit, quasi diceret: post conditam urbem, aut: post hominum memoriam, ex quo est jus praetorium.

4. M. Severinus Boëthius in Ciceronis topica [1]).

Pag. 288. 2, 10. Censebantur antiquitus soli cives; si quis ergo consentiente vel jubente domino nomen detulisset in censum, civis fiebat, et servitutis vinculo solvebatur [2]).

Vindicta est virgula quaedam, quam lictor manumittendi servi capiti imponens eundem servum in libertatem vindicabat, dicens quaedam verba solennia.

Pag. 299. 3, 14. Tribus modis uxor habebatur, usu, farreo, coemtione; sed confarreatio solis pontificibus conveniebat [3]). Quae autem in manum per coemtionem convenerant, eae matresfamilias vocabantur, quae vero usu vel farreo, minime [4]). Coëmtio vero

1) Ciceronis scholiastae supra p. 138. n. 2. citt. P. I. p. 269 seqq.

2) — magna autem dissensio est, utrum hoc tempore vires accipiunt omnia, in quo census agitur, aut in eo, in quo lustrum conditur. Sunt enim — qui existimant, censum descendere ad diem lustri, non lustrum decurrere ad diem census, — quoniam omnia quae in censum aguntur, lustro confirmantur. Dositheus, de manumissionibus. § 17 (al. 19).

3) — in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novaeque nuptae farreum praeferebant. Plin. hist. nat. 18, 3. § 10.

4) Cic. top. 3: Genus est uxor, ejus duae formae; una matrumfamilias earum, quae in manum convenerunt, altera earum quae tantummodo uxores habentur. Gell. 18, 6.: — matrem familias eam appellatam esse, quae in mariti manu esset, aut in ejus, in cujus maritus. Serv. in Aen. 11, 476: Alii

certis solennitatibus peragebatur, et sese in coemendo invicem interrogabant, vir ita: an sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Item mulier interrogabat: an vir sibi paterfamilias esse vellet? Ille respondit, velle [1]). Quam solennitatem in suis institutis Ulpianus exponit.

Pag. 308. 4, 23. Usucapio est adeptio dominii per continuationem justae possessionis biennii aut alicujus temporis. — Quoniam usus auctoritas fundi biennium est; igitur aedium usus [2]) auctoritatem biennio fieri sentit.

Pag. 340. 10, 41—45. Fiduciam accepit, cuicunque res aliqua mancipatur, ut eam mancipanti remancipet; velut si quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipat, ut ei, quum tempus quod suspectum est praeterierit, reddat. Haec mancipatio fiduciaria nominatur idcirco, quod restituendi fides interponitur.

5. Cornutus in Persium [3]).

1. 1, 123. Cratinus et Eupolis cum amaritudine multa invecti sunt in principes civitatis; propter quod lege XII. tab. *(8, 1)* cautum est, ut fustibus feriretur, qui publice invehebatur.

2. 3, 28. Cognitio equitum censoribus erat subjecta, quae nunc consulum est officii.

3. 5, 73. Non illam libertatem dicit, quam quisque per manumissionem civis factus consequitur: in tribu Velina censeri, et publicum frumentum accipere. Velina tribus numero aliorum accessit. Nam qui circa Velinum lacum habitabant, Romam translati sunt. Romae autem erat consuetudo, ut omnes qui ex manumissione cives fiebant, in
4. numero civium frumentum publicum acciperent. — 74. Quos manumittebant, eos alapa percussos circumagebant et liberos confirmabant,
5. unde manumissio, quod manu mitterentur. — 88. Vindicta virga est, qua manumittendi a praetore in capite pulsantur.

---

matrem familias esse, quae in manu mariti esset, alii, quae in matrimonium per coemtionem convenerunt.

1) — est mirandum, qui, quibus verbis fiat coemtio, nesciat, eundem ejus mulieris, quae coemtionem fecerit, causam posse defendere. Cic. de orat. 1, 56.

2) — usum auctoritatem biennium esse. Cic. pro Caec. 19. — rerum, quarum annuus est usus. Cic. top. 4.

3) Persii satirae c. scholiis antiquis, ed. Jahn. 1843.

6. Aelius Donatus in Terentium [1]).

Adelphi, 2, 2. v. 24. *„Actum agam“:* proverbium, i. e. nihil 1. agam; quod enim in jure semel judicatum fuerit, rescindi et iterum agi non potest [2]).

Andr. 3, 1. v. 7. *„Actum est“:* secundum jus civile, in quo 2. cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat.

Andr. 5, 4. v. 47. *»Ch.: Dos est X talenta. Pa.: Accipio.«* Ille 3. nisi dixisset »accipio,« dos non esset [3]); datio enim ab acceptione confirmatur, nec potest videri datum, quod non sit acceptum.

Eun. 3, 2. v. 3. Tria sunt osculandi genera: oscula officiorum, 4. basia pudicorum affectuum, suavia libidinis vel amorum.

Hec. prol. 2, 2. Oratorem audire oportere, juris gentium est; 5. oratorem non licet injuriam pati. *(Fest. v. Orare. Non. v. Fetiales.)*

Phorm. 2, 2. v. 20. *„Ducent damnatum domum“:* secundum 6. jus scilicet, quo obaerati, cum solvendo non essent, ipsi manu capiebantur.

7. Porphyrion in Horatium [4]).

A. In satiras.

1, 1. v. 11. Vades: sponsores; quia qui dederit, ei vadere, i. e. 1. discedere, interim liceat.

1, 9. v. 76. Adversarius molesti illius Horatium consulit, an per- 2. mittat, se antestari, injecta manu extracturus ad praetorem, quod vadimonio non paruerit. De hoc autem lege XII. tab. *(1, 1)* his verbis cautum est: »Siuisuocationitestaminiigituremcapito.« Antestari est ergo anTEstari, *(i. e. antetestari,)* scilicet antequam manum injiciat. *(Zeitschr. 2, 432.)*

2, 1. v. 81. Lege *(XII. 8, 1)* cautum erat, ne quis in quemquam 3. carmen maledicum scriberet.

---

1) Terentii comoediae c. scholiis Donati. 1544.

2) — solet quaeri, quo referatur, quod scriptum est: „bis de eadem re ne sit actio“; i. e. hoc „bis“ ad actorem an ad actionem. Quinct. inst. or. 7, 6. n. 4.

3) — multi duxere sine dotibus uxores, quidam dictas non accepere dotes. Seneca, contr. 1, 5.

4) Hor. ed. Braunhard, supra p. 138. not. 1.

B. In epistolas.

4. 1, 1. v. 62. Lex Roscia est, qua cavetur, ut proximis ab orchestra XIIII gradibus spectent, quibus census est HS CCCC; haec lex equitibus data est. *(Cf. Acron. 6.)*

5. 2, 1. v. 154. *„Formidine fustis,“* quia fustuarium supplicium constitutum erat in auctorem carminum infamium. *(XII. 8, 1.)*

8. Sabidius in Saliorum carmina [1]).

Ut *is*, *apud quem* in exercitu *auspic*ium imperiumque erat, in tabernaculo in sella sedens auspicabatur coram exercitu, pullis e cavea liberatis . . . cum circa sellam suam . . . obnuntiato . . . pullum . . . mum quisquis . . . tripudi . . . ntia. Silentio deinde facto, residebat et dicebat: »Equites et pedites nomenque Latinum *quicunque* cincti armati paludati*que* adestis, sicuti *tripu*dium sinistrum solistimum quisquis vestrum viderit . . . deinde . . . obnuntiato dicebat . . . uti placet a legionibus invocarentur, faciantque quod *iis imperabitur* fidemque m . . . ducat salutareque sit. Viros voca, proelium ineant.« Deinde exercitu in aciem educto, iterum . . . tur. Interim ea mora utebantur, qui testamentum in procinctu facere volebant.

9. Maurus Servius Honoratus in Vergilium [2]).

A. In Aeneidem.

1.2. 1, 237. Pollicemur sponte, rogati promittimus. — 256. Osculum religionis est, suavium voluptatis; quamvis quidam osculum filiis dari,
3. uxori basium, scorto suavium, dicant. — 346. Romani nihil nisi captatis faciebant auguriis et praecipue nuptias [3]).

4. 2, 102. *„Uno ordine“*: uno reatu; est de antiqua scientia, quia in ordinem dicebantur causae propter multitudinem vel tumultum festinantium, quum erat annus litium. Juvenalis *(16, 42.)*: »Exspectandus erit, qui lites inchoet annus«. *(Cf. 6, 431.)*

5. 3, 89. Est species augurii, quae legum dictio appellatur, i. e. cum condictio ipsius augurii certa nuncupatione verborum dicitur,

---

1) Mai, Virgilii interpretes veteres. 1818. p. 67. Lion, commentarii in Virgilium Serviani. 1826. T. II. p. 322.

2) Lion, commentarii in Virgilium Serviani. 1826.

3) — quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant. Cic. de divin. 1, 16. — quo ex more nuptiis etiamnunc auspices interponuntur. Val. Max. 2, 1. n. 1.

quali conditione augurium peracturus sit. — 117. Speciem augura- 6.
lem tradunt, quae appellatur condictio, i. e. denuntiatio, cum denuntiatur, ut ante diem tertium quis ad inaugurandum adsit. — 607. Phy- 7.
sici dicunt, esse consecratas numinibus singulas corporis partes, ut aurem Memoriae, frontem Genio, dextram Fidei [1], genua Misericordiae, unde — jure pontificali, si quis flamini genua fuisset amplexus, verberari non licebat.

4, 29. Flaminicam nisi unum virum habere non licet, nec flamini 8.
aliam ducere licebat uxorem, nisi post mortem flaminicae uxoris [2]. — 103. Coëmtio est, ubi libra atque aes adhibetur, et mulier atque vir in se quasi emtionem faciunt. — Coemtione facta mulier in potestatem viri cedit, atque ita sustinet *cum* liberis conditionem liberae servitutis. — In manum conventio eo ritu perficitur, ut aqua et igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur, quae res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem et Flaminicam jure pontif. in matrimonium necesse est convenire. — 214. 10.
Coëmtio certis solennitatibus *etc. (ad verbum ex Boeth. p. 299).* — 374. 11.
Mos apud veteres fuit Flamini ac Flaminicae, ut per farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas ovili pelle superinjecta poni, et ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione residerent.

6, 431. *„Sine sorte“:* sine judicio; ex more Romano: non enim 12.
audiebantur causae, nisi per sortem ordinatae. Nam tempore, quo causae agebantur, conveniebant omnes, unde et »concilium« ait, et ex sorte dierum ordinem accipiebant, quo post diem trigesimum suas causas exsequerentur; unde *„urnam movet“*. Iuvenalis *(13, 4.)*: »Gratia fallacis praetoris vicerit urna«. — 609. *„Fraus innexa* 13.
clienti“: ex lege XII tabb. [3] *(8, 21)* venit, in quibus ita scriptum est: »Patronus *etc.* Si enim clientes quasi colentes sunt, patroni quasi patres, tantumdem est clientem quam filium fallere.

---

1) — inest et aliis partibus quaedam religio, sicut dextra — in fide porrigitur. Plin. hist. nat. 11, 45. n. 250. — dextrae dextras jungentes fidem obstringimus, ut sacratas fide manus. Liv. 23, 9. — dextram fidemque dare. Liv. 1, 58; 40, 46. — fides consecratur manu. Cic. de leg. 2, 11. Cf. Isid. 11, 1. n. 67.

2) — flamini non licebat facere divortium. Fest. v. Flammeo. Gell. 10, 15. Pontifex maximus et flaminica nubunt semel. Tertull. de monog. 17.

3) Merula, (de leg. Rom. c. 2,) in cod. ms. legisse dicit: „Ex lege *Romuli et* XII tab.

14. 7, 695. Justos dicit (Aequos et Faliscos), quia populus Romanus missis Xviris ab ipsis jura fetialia collegit, et nonnulla supplementa XII tab. accepit, nam ab Atheniensibus X habuerant tabulas.

15. 8,642. Donatus hoc loco contra metrum sentit dicens: »citae, i. e. divisae;« ut est in jure: »Ercto non cito«, i. e. patrimonio vel hereditate non divisa; nam »citus« cum »divisus« significat, »ci« longa est [1]).

16. 10, 419. *„Injecere manum"*, i. e. traxerunt debitum sibi; nam manus injectio dicitur, quotiens nulla judicis auctoritate exspectata rem nobis debitam vindicamus.

17. 11, 133. Sequester est medius inter duas altercantes, apud quem aliquid ad tempus seponitur; a sequendo, quia ejus qui selectus est utraque pars fidem sequitur.

18. 12, 13. Concepta verba dicuntur jurandi formula, quam nobis
19. transgredi non licet. — 666. Cautum lege XII *(10, 4)*, ne mulieres carperent faciem, his verbis: »Mulier *etc.*

B. In Georgica.

20. 1, 31. Tribus modis nuptiae fiebant: usu, si mulier uno anno cum viro, licet sine legibus, fuisset; farre, cum per pontificem max. et Dialem flaminem per fruges et molam salsam conjungebantur, ex quibus nuptiis patrimi et matrimi nascebantur; coemtione vero atque in manum conventione, cum illa in filiae locum, maritus in patris veniebat, ut, si quis prior fuisset defunctus, locum hereditatis justum alteri faceret; et quandocunque in manum convenerat, omnia protinus, quae doti dicebantur (*al.* dabantur), marito serviebant (*al.*
21. mariti erant). — 269. *„Fas et jura sinunt,"* i. e. divina humanaque jura; nam ad religionem fas, ad homines jura pertinent.

22. 3, 387. Apud majores homicidii poenam noxius arietis damno luebat, quod in regum legibus *(II. 12)* legitur.

C. In Bucolica.

23. 1, 33. Omne patrimonium apud majores peculium dicebatur, a pecoribus, in quibus eorum constabat universa substantia.

---

1) — qui, quibus verbis herctum cieri oporteat, nesciat, idem herciscundae familiae causam agere non possit. Cic. de orat. 1, 56. — omnes, qui a Pythagora recepti erant, quod quisque familiae pecuniaeque habebat, in medium dabat, et coibatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum consortium, quod re atque verbo Romano appellabatur „hercto non cito". Gell. 1, 9. cf. Fest. v. Erctum. v. Sors. (Non. *v. Citum.*)

3, 31. „*Depono*“: in sponsione colloco, sequestro. „*Quo pig-* 24.
nore“: qua sponsione, quia pignus sponsioni est.

8, 99. „*Traducere messes*,“ magicis quibusdam artibus fiebat, 25.
unde est in XII *(8, 8)* »Neve alienum« *etc.*

10, 27. Minio etiam triumphantes, qui habent omnia Jovis insignia, 26.
sceptrum et palmatam togam, faciem illinunt [1].

VI. Isidorus Hispalensis.

E libris originum s. etymologiarum [2].

Lib. V.

1, 5. Leges redigere in libris primus consul Pompejus instituere 1.
voluit, sed non perseveravit, obtrectatorum metu. Deinde Caesar coepit id facere, sed ante interfectus est.

2, 2. Fas lex divina, jus lex humana. Transire per alienum 2.
fas est, jus non est.

3, 3. Consuetudo est jus moribus institutum, quod pro lege 3.
suscipitur, cum deficit lex; nec differt, scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendet.

24, 5. Testamentum juris civilis est V testium signatum signis, 4.
subscriptione firmatum. — 6. Test. juris praetorii est VII testium 5.
signis signatum. — 14. Codicellus ut veteres ajunt, sine dubio 6.
ab auctore dictum, qui hoc scripturae genus instituit. Est autem scriptura nulla indigens solennitate verborum, sed sola testatoris voluntate qualicunque scripturae pronuntiatione expressa; cujus beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subventum propter legalium verborum difficultatem aut certe propter necessitatem adhibendorum solennium, ita ut qui scriberet, et titulum ejusdem scripturae codicellum vocet. — 15. Cretio est certus dierum numerus, in quo 7.
institutus heres aut adit hereditatem, aut finito tempore cretionis

1) Minium quondam apud Romanos etiam sacrae auctoritatis. Enumerat auctores Verrius, Jovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantumque corpora, sic Camillum triumphasse. Cujus rei causam equidem miror, quanquam et hodie id expeti constat Aethiopum populis, totosque eo tingi proceres, huncque ibi deorum simulacris colorem esse. Plin. hist. nat. 33, 7. n. 111.

2) Lindemann, corpus grammaticorum veterum. Tom. III. 1833.

8. secluditur, nec liberum est illi ultra capiendae hereditatis. — 20.
Mandatum: quod olim in commisso negotio alter alteri manum dabat.
9. — 25. Donatio: cujuslibet rei transactio; dicunt quasi doni actionem,
et dotem quasi »do item«. Praecedente enim in nuptiis donatione,
10. dos sequitur. — 26. Nam antiquus nuptiarum erat ritus, quo se
maritus et uxor invicem emebant, ne videretur uxor ancilla, sicut
habemus in jure. Unde est, quod praecedente donatione viri sequi-
11. tur dos uxoris. — 30. Stipulatio est promissio vel sponsio, unde
et stipulatores promissores vocantur; dicta autem a stipula: veteres
enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant,
quam iterum jungentes sponsiones suas agnoscebant; sive quod
12. stipulum secundum Paulum ICtum firmum appellaverunt. — 31. Sacramentum est pignus sponsionis.

13. 25, 14. Res credita est, quae in obligationem ita deducta est,
14. ut ex tempore, quo contrahebatur, certum sit, eam deferri. — 17.
Precarium est, dum prece creditor rogatur permitti, debitorem in
possessione fundi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere. —
15. 19. Depositum est pignus commendatum ad tempus, quasi diu
16. positum. — 22. Pignus est, quod propter rem creditam obligatur,
cujus rei possessionem solam ad tempus consequitur creditor, domi-
17. nium penes debitorem est. — 23. Fiducia est, cum res aliqua
sumendae mutuae pecuniae gratia vel mancipatur vel in jure ceditur.
18. — 24. Hypotheca est, cum res commendatur sine depositione
19. pignoris, pacto vel cautione sola interveniente. — 30. Usucapio
20. *(ex Boethio p. 299)* — 31. Mancipatio est, quia res manu capitur,
unde oportet eum, qui mancipium accipit, comprehendere id ipsum,
quod ei mancipio datur.

21. 27, 4. Octo genera poenarum in legibus contineri Tullius scripsit,
i. e. damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ser-
22. vitutem et mortem. — 5. Damnum a diminutione rei vocatum. —
23. 28. Exilium dividitur in relegatis et deportatis; relegatum bona sua
sequuntur, deportatum non sequuntur.

Lib. VI.

24. 18, 1. Festivitas dicta a festis diebus, eo quod in iis sola divina
res fit. Quibus contrarii sunt fasti, in quibus jus fatur, i. e. dicitur [1]).

1) Isid. de nat. rer. 1.: Fasti dies sunt, in quibus jus fatur, i. e. dicitur, et nefasti, quibus non dicitur. Feriati dies, in quibus res divina fit, et abstinere homines oportet a litibus. Profesti festis contrarii, i. e. sine festi reli-

Lib. IX.

3, 29. Tribuni, quod militibus sive plebibus jura tribuant. 25.
4, 18. Tribuni, quod plebi vel jura vel opem tribuunt; — plebs 26.
ipsa sibi tribunos quasi proprios judices et defensores creavit. —
45. Mancipium, quicquid manu capi subdique potest, ut homo 27.
equus ovis. Haec enim animalia statim ut nata sunt mancipium
esse putantur. Nam et ea, quae in bestiarum numero sunt, tunc
videntur mancipium esse, quando capi sive domari coeperunt. *(Caj. 2,
15. 16.)* — 48. Manumissus: quasi manu emissus. Apud veteres 28.
enim, quotiens manumittebant, alapa percussos circumagebant et
liberos confirmabant.

Lib. X.

1, 260. Sequester, qui certantibus medius intervenit, apud quem 29.
pignora deponi solent; ab obsequendo, quia ejus, qui selectus est,
utraque pars fidem sequitur.

Lib. XI.

1, 67. Dextera vocatur a dando, ipsa enim pignus pacis datur, 30.
ipsa testis fidei atque salutis adhibetur; ut apud Tullium *(Catil. 3, 4.)*
»fidem publicam jussu senatus dedi,« i. e. dexteram.

Lib. XV.

13, 3. Possessiones sunt agri late patentes publici privatique, 31.
quos initio non mancipatione sed quisque ut potuit occupavit atque
possedit, unde et nuncupati. — 9. Compascuus ager, qui a di- 32.
visoribus agrorum relictus est ad pascendum communiter vicinis. —
11. Arcifinius ager, qui a certis linearum mensuris non con- 33.
tinetur [1]), sed arcentur fines ejus objectu fluminum montium ar-
borum; unde et in iis agris nihil subsecivorum intervenit. — 15.
Subseciva, quae in divisura agri non efficiunt centuriam, i. e. 34.
jugera CC. [2])

---

gione. Festi tantundem otii et religionis sunt. Atri dies sunt, qui et communes vocantur. Isid. de differ. verb. 250.: Inter fastos dies et nefastos: quod fasti dies sunt, quibus judicio exercere et causam dicere vel agere licet; nefasti ab eo, quod nefas sit quidquam his diebus agere vel dicere vel sacrum facere. Ergo fastis diebus contrarii sunt nefasti. Cf. Hartmann, ordo judic. p. 132.


1) — qui nulla mensura continetur; finitur secundum antiquam observationem fluminibus etc. Grom. p. 5, 6.

2) Subseciva dicuntur, quae adsignari non potuerunt; (horum duo sunt genera, unum quod in extremis adsignatorum agrorum finibus centuria expleri

non potuit, aliud quod in mediis adsignationibus et integris centuriis intervenit;) i. e. cum sit ager centuriatus, aliqua inculta loca, quae in centurías erant, non sunt adsignata. Haec subseciva auctor divisionis aut sibi reservavit, aut aliquibus concessit, aut rebus publicis aut personis privatis. Sed quum Vespasianus subseciva omnia, quae non veniissent aut aliquibus personis concessa essent, sibi vindicasset, Domitianus per totam Italiam subseciva possidentibus donavit. Grom. 6, 5; 132, 24.

Addenda et corrigenda.

Pag. 5. v. 9 et 10 pro: *contractibus latas super,* lege: *super contr. lat.*
— 11. n. 61. pro: 81 lege: 86.
— 152 — 154.
— 137 — 123.
— 16. n. 1. adde: *Anni 643. a. u.*
— 24. v. 14. Mommsen, (Zeitschr. 15, 323) restituendum censet: du*ntaxat quaternos is qui petet et is unde petetur rejiciant facito.*
— 53. n. 1. adde: Ritschl, Rhein. Museum f. Philol. 8, 448.
— 65. n. 1. adde: Huschke, Rhein. Museum f. Philol. 8, 460.
— 89. v. 2. pro: *quam,* lege: *quem.*
— 99. n. 1. adde: Henzen, coll. inscr. Orell. 3, 213.
— 100. v. 6 et 7. Tabella habet: *s*eque eis — *e*t si.
— 104. n. 1. pro: IV. lege: II.





NE S